

DE SANCTO NICETA

EPISCOPO CHALCEDONENSI IN BITHYNIA.

D. H.

SYLLOGE HISTORICA.

De ejus cultu apud Græcos, Actorum defectu, et Sedis tempore per conjecturam.

XXVIII MAI.

Chalcedon, urbs antiqua: Bithynia: ex adverso Byzantii seu Constantinopolis in ora Bosphori interfluentis, celebris cultu S. Euphemia Virginis et Martyris, celebrior evasit Concilio quarto Ecumenico ibidem habito; in quo, quantum ad honorem, Metropolis habita fuit; licet aliquo Episcopi manserint subditi Metropolitæ Nicomediensi. Inter hos unicum dumtaxat Sanctis annumeratum hactenus remperimus Nicetam, de quo hic agimus: et cuius Certamen etiam recolitur ex MS. Arobo-Ægyptio Martyrologio apud Maronitos, utpote Græcorum in hoc ritum secutos. Extat Venetiis anno MDCIII recensum Typicon, secundum Ordinem et consuetudinem sacrarum apud Hierosolymitanos Louræ S. Sabbæ, observatum in reliquis ibidem monasteriis et aliis quocumque loco Ecclesiis Dei. In hoc Typico ad singulos dies unus, aut subinde duo Sancti proponuntur, et in nonnullis indicantur propria quædam; dum autem talia non suggeruntur, patet assumenda quæ de Communi Sanctorum habentur.

In eo autem Typico ad huic xxviii Maji istu leguntur: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικητᾶ, Ἐπισκόπου χαλκηδόνος. καὶ τοῦ ἄγιου ἵερομάρτυρος Ἑλλαδίου. Sancti Patris nostri Nicetæ Episcopi Chalcedonis, et sancti Hiero-Martyris Helladii. Hæc eadem leguntur in Horologio Græco Venetiis sub annum MDCVII excuso, et aliis Menologiis: S. Helladii, memoria etiam celebratur in nonnullorum fastis hoc die: sed cum Menaxis et Anthologio nove aliisque, retulimus illum ad diem præcedentem xxvii Maji.

2 Gilbertus Genebrardus, Theologus Parisiensis, et Hebraicorum litterarum Professor Regius, suis scriptis orbi notissimus, ante Psalmos Davidicos a se illustratos præposuit quatuor Kalendaria, Hebræorum, Syrorum, Græcorum, et Romanum: Ut, inquit, contra Novatores, in Divorum festis celebrandis concordiam Ecclesiarum liceat conspicere. Præfatur autem quod Kalendarium Græcorum totius anni, quod Menologium vocant, contineat memorias Sanctorum, quos Græci quotaannis, diebus anniversariis celebrant. Illud autem Menologium interpretatus est dictus Genebrardus, in quo, ad hunc xxviii Maji, ista solum verba leguntur: Nicetas Episcopus Chalcedonensis. Joannes Molanus, in suo Auctario ad Usuardum, ad Sanctos a se appositos litteras adjungit, ut indicetur

lectoru uade illos desumpserit: ubi littera G significat commemorationes Sanctorum totius anni, prout eae cum eorumdem Sanctorum deprecationibus habentur in Menologio Græco. Inde ergo Molanus ad hunc diem ista habet: Die vigesima octava sancti Patris Nicetæ, et sancti Hieromartyris, Helladii. In his omnibus primum onoratatis gradum obtinet Typicon S. Sabæ; quamvis id quod nunc sub eo habens nomine sexpini auctum fuerit, sicut Breviarium et Missale Mediolanense, dicitur usurpari secundum consuetudinem aut juxta morem S. Ambrosii; et sicut E Breviarium antiquum Toletanum, vulgo S. Isidori seu Mosarabe appellatur, etiam postquam illud iussu Francisci Ximenes Archiepiscopi auctum et exensem est. Istu etiò mutatione et interpolatione non obstante, probatur, quod saltem quando scripti sunt Codices, unde accepta est impressio Typici, ejusmodi cultus invaliderit et obtinuerit in Palæstina, atque adeo ante aliquom multa secula.

3 Quæsi tamen hand immerito poterit, quomodo S. Nicetæ mentio non habeatur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, et aliis Menaxis inde desumptis, cum tam vicina illi fuerit urbs Chalcedonensis. Videtur autem responderi posse, quod forsitan S. Nicetas, suscepit peregrinatione ad loca Sancta, ibi in aliquo monasterio privatus vixerit, ac diem suum sancte obierit, et miraculis patratis coli publice cuperit, Chalcedonensibus interim nihil de eo requirendo sollicitis; quippe qui ipso discedente, vel etiam suo se gradu abdicante, alium elegerint, nec porro curaverint de eo quidquam discere: præsertim cum nulla ejus Vita scripta extaret, quæ nomen illius celebre faceret extra Terram sanctam; sicut in simili casu accidisset S. Joanni Silentario, ex Episcopo Coloniensi in Armenia Lauræ S. Sabæ Monacho, nisi Vitam Cyrillas scripsisset quam illustravimus xiii Maji. Ceterum ex illo ipso defecta Vitæ, ducimus suspicionem, quod non F admodum antiquus hic Sanctus fuerit; sed forsitan Ieronachorum tempore, pertensus turbatissimi sue Ecclesiæ status, in Palæstinam se contulerit; quando istic quoque collabebatur res Christiana, invalescentibus magis magisque Saracenis, et civitates ac loca omnia murita in Oriente tenentibus: et sic liceret illum referre ad seculum viii vel ix.

Fortassis in
Terra sancta
oblitus,

sec. 8 vel 9.

et apud Genebrardum

DE S. WILLELMO DUCE

POSTEA MONACHO GELLONENSI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Vitæ et miraculorum Actis, cultu diebus variis, et Reliquiis ejusdem Sancti.

CIRCA DCCXII
Gellonense monasterium S.
Willelmo.

Gellonense monasterium, in Vita Ludovici Pii minus recte Galunæ vocatum, Septimaniæ sive Occitaniam, aut barbaro (ut jam loquimur) hujus xvi vocabulo Langedociam

pertiaet; situm inter excelsa montium juga, in valle Gellonis ad Aranarim fluvium; medio fere itinere inter urbes Episcopales Montem-pessulanum et Lutetiam Fundatorem illud agnoscit S. Willelmu Ducem,

sive

A sive ut ipsius ayo potius vocabant Comitem, et postea ibidem Monachum, a quo modo monasterium S. Willemi de deserto solet appellari. Acta ejus ex MS. istius Canobii, a Fr. Georgio Graudoguamio Infirmitario transcripto, submisit nobis anno MDCXLVI Tolosa R. P. Petrus Possinus, ex tunc studiorum nostrorum fautor et adjutor strenuus, sed utrinque nonnulla desunt. Eadem Acta, sed absque miraculis, habemus scripta in insigni codice nostro mensis Maji, item in codicibus MSS. Trevirensi monasterii S. Maximini, Claremarecano diaecesis Andomaropolitanae, ac Dunensi jam Brugis constituto, utroque Ordinis Cisterciensis: in cuius archimonasterio ipsa quoque reperimus, sed non descripsimus. Habemus eadem, sed contracta, ex codice MS. Rubeæ-vallis prope Bruellas, cum Titulo Comitis Hannoniae, per uscio quem errorem ipsi afficto a Collectore Gillemanno. Item in MS. Bodecensi diaecesis Paderbornensis, æque ac illud Ordinis Canonicorum Regularium, et MS. Ultrajectino ecclesie S. Salvatoris. Denique contulimus ipsa cum editione Angustana anni MDCXI, et Parisiensi anni MDCLXXVII. Priorem editionem curavit Carols Stengelius, subjungens ei Vitam S. Willelmi Hirsaugiensis, iv Nonas Julii beato sine perfuncti: posteriorem inseruerunt Actis Sanctorum Ordinis Beneictini, hujusque seculi quarti parti primæ, diligentissimi Acherius et Mabilio.

B 2 At quis fuerit scriptor, inquit Mabilio, Vitæ S. Willelmi, quove tempore vixerit, certo definire non possum. Auctorem sane gravem, quisquis tandem ille sit, constat fuisse, et libellum hunc eudisse ante seculum xi; imo, ut verisimile est, haud longe post Willelmi obitum, cuius res gestas, quasi testis oculatus, commemorat. *Hæc Mabilio.* Verum nisi multum aberramus, unum eundemque censemus auctorem Vitæ et miraculorum, quæ hactenus inedita infra damus; in quibus narratur S. Fulcranni Episcopi Lutvensis adventus ad tumulum S. Willelmi, et ipse appellatur Sanctus, atque gratia curationum et virtute miraculorum opinatissimus, ut latius XIII Februarii, deduximus ad ipsius S. Fulcrani Vitam, ubi diximus eum circa annum MVI CX hac vita migrasse; proinde non vicerit hæc Vita cum miraculis potuisse scribi, nisi saltem seculo XI jam aliqua usque fluente. Non dubitamus interiori, quin plures antea S. Willelmi gesta descripserint, quorum narrationibus hic Auctor usus sit. Harum una potest censeri caput vi Vitæ S. Benedicti Abbatis Anianæ et Indæ, a nobis ad XII Februarii prolata: cui S. Willelmus in charta infra relata subjecit suum monasterium, et illud compendium ideo ante alia Acta proferimus, quod Auctor Ardo discipulus S. Benedicti potuerit etiam S. Willelmu certus cognovisse. Aliud compendium, sed ex hisce Actis contractum, habunt Ordericus Vitalis in sua historia Ecclesiastica, ad annum usque MCXLI deducta, lib. 6 ad annum MLXVI, ubi; Quia de S. Guillelmo, inquit, nobis incidit mentio, libet vitam ejus breviter hic inserere. Novi quod ipsa raro inveniuntur in hac provincia, et nonnullis placebit de tali viro relatio veridica. Hanc enim Antonius Guentoniensis Monachus nuper detulit, et nobis eam videre desiderantibus ostendit. Vulgo canitur a joculatoribns de illo cantilena, sed jure præferenda est relatio authentica: quæ a religiosis doctoribus solerter est edita, et a studiosis lectoribus reverenter lecta est in communi Fratrum abundantia. Verum quia portitor festinabat abire, et brumale gelu me prohibebat scribere; sinceram abbreviationem, sicut tabellis tradidi compendiose, sic nunc satagam membranæ summatim commendare, et audacis Marchisi famam propalare. *Hæc Ordericus, apud quem subjectum Vitæ compendium videri potest.* Jocularia autem ab illo indicata, vulga Romaneias, profert Catellus et

explodit ut fabulosa lib. 5 historiæ Comitum Tolosano- D
rum cap. 6. Aliud compendium edidit Petrus de Nata- AUCTORE G. H.
libus lib. 5 cap. 61. Aliud MS. Colonia submissum
fuit. Aliud Arnoldus Rayssius in Anctatio ad Natales
Sanctorum Belgii Joannis Molani: quod (sed Hagi-
logio Molani citato) recudit, noanullis erroribus emendatis,
Joannes Plantavitus de la Pause Episcopus Lodoven-
sis in Chronologia Præsulum Lodovensium pag. 23,
vir eruditissimus, a cuius calamo habemus Thesaurum
Synonymicum Hebraico-Chaldaico-Rabinicum, item
Florilegium Robinicum-Biblicum. Demum et aliud
coripendium sive Epitomen habetur in Viola Sanctorum,
Hagenow anno novi excusa.

C 3 Plura de viri Sancti miraculis, deque corporis libellus mira-
ejus statu ac veneratione præsenti discere cupientes, culatorum ex
iterum recurrimus ad prælaudatum Possimum, Roma
in istas partes opportune regressum. Hic primum quidem, dupli MS.
ex vetusto Gellonensis monasterii MS. libellum
quemdam miraculorum impetravit; deinde recentis in-
ventionis translationisque historiam, ibidem conscriptam
Gallica lingua, ad nos misit. Et hanc quidum Latine
redditum in fine ponimus; istum vero, ex codice duobus
foliis evulsi lucero, imperfectum haberí cum doleremus;
opportune affertur Benedictini seculi IV pars altera, in
eaque libellus de miraculis S. Willelmi, Ducis ac
Monachi Gellonensis, Auctore Monacho Gellonensi
Anonymo, ex MS. Eixensi; vulgo Eyssez dicitur,
diaecesis Aginnensis, non longe ab Oldo fluvio monaste-
rium, leucus circiter quinquaginta distans Gellone. *Hujus*
MS. stylus, aliquanto cultior Gellonensi, ostendit
ipsum esse posterius: quare originaria simplicitate ser-
vata qua licet, ex isto solum supplebimus defectus et
lacunas primigenii operis.

D 4 Ad inventionem quod attinet, ea omnino præter et historia
spem accidit. Cum enim sub annum MOLXVIII extremam Inventionis
ruinam monasterio suo sacrisque omnibus formularent ex Gallico,
Monachi Gellonenses, volentes sui Fundatoris corpus
in tutum subducere, in marmoreo ejus tumulo paucos
dumtaxat cineres ex priori elevatione reliquos repere-
runt, collegeruntque: quos post annos circiter septun-
ginta sub altari reposuerunt: cuius rei testis supra
landatus Plantavitus, in dicta Chronologia Præsulum
Lodovensium pag. 28 ista habet: Cineres S. Willelmi,
dum nuperrime monasterium illud in visitatione
nostra diaecesaæ ex officio lustraremus, in urna
marmorea inclusos, et a septuaginta vel circiter
annis, ne in sacrilegas hæreticorum manus incide-
rent, e monumento ejus, quod pone majus altare
miræ structuræ adhuc hodie visitur, eductos, sub
uniuersi altaris marmorea tabula fragrantissimum odo-
rem spirantes, comperimus; et universo populo,
conspiciendos simul atque debito cultu venerandos,
exhibimus. In cuius rei memoriam testimoniales
litteras, manu nostra firmatas sigilloque nostra ob-
firmatas, et pyxide ferrea inclusas, Procuratore
nostro fiscale hoc ita requirente, dicto monasterio
concessimus; sacrasque Reliquias in eodem loco
reponimus, una cum dictis litteris testimonialibus;
usquequo religiosissimi Congregationis S. Mauri
Monachi, brevi in illud monasterium inducendi,
illas in argentea capsâ recondere valeant: quod ad
majorem Dei et tam mirabilis Sancti gloriam pio-
rumque consolationem speramus. *Hæc Plantavitus*
Episcapus Lodovensis, qui præfuit dictæ Ecclesiæ ab
anno MCXXXV, tunc in ecclesia S. Ludovici domus Pra-
fessæ Societatis Jesu Parisiis inaugurus, usque ad
annum MDLXI, quo XXVII Maji in festa Pentecostes
vita est functus. Præter cineres nihilominus habebatur
in scrinio argenteo deaurato, radius brachii deau-
ratus miræ magnitudinis, reservatus utique ex priori
ad locum Monachis ignatum Translatione, ut scribit
Mabilio, in Appendice ad Vitam: qui etiam ejusdem
Translationis memoriam, ut factæ anno MCXXXVIII,

Vita ex variis
MSS.

et editis libriss.

ab auctore
gravi

XI seculo
scripta:

compendia
in Vita S.
Benedicti
Antonensis

et apud Orde-
ricum Vitalem,

et alias.

D
AUCTORE G. H.
E
F
post solos ci-
neres olim re-
pertos et re-
censtranslatos

A in Nonas Martii, repererat in Martyrologio Gellonensi.
Auctoris G. II. Verum cum anno MDCLXXIX mense Septembri, incunberetur altari principi ad absidem removendo, inventus est qui in desperatis jam habebatur thesaurus, modo inscio explicando.

Altare ei erectum,
memoria in Fastis 28 Maii.
23 Augusti,
5 Februarii,
5 Martii.
Virtus in ægris sonan- dis.

S Cultus antiquus S. Willelmi colligitur ex altari, in honorem ejus ad dexterum latus majoris aræ collocato, et ex tabulo e pario lapide eximio exarata, ubi et sepulcrum ejusdem Sancti pone dictum altare cum egregiis iconibus constitutum, et sacra ejus memoria ita celebratur in vetusto Martyrologio Gellonensi: v Kalendas Junii, apud Gallonem in territorio Lutvensi depositio B. Guilelmi, Monachi et Confessoris, quondam clarissimi Consulis Palatini. Imo ejus festum duplici ritu celebratur in diœcesi Lutvensi et Bitterensi: et in Martyrologio Brivatensi ejus depositio memoratur: ut etiam in MS. Florario, et apud Grevenum, Maurolycum, Galesinum, Canisium; et in fastis monasticis Hionis, Dorganit, Menardi, Bucelini. Ast Idibus Augasti apud Gellonenses legitur, Dedicationis altaris sanctissimi Guillhelmi de Gellonensi monasterio, quæ facta est ab Amato sancte Romanae Ecclesie Legato, anno XLXXXVI a Domini nativitate.

B At pridie Nonas Februario celebratur aliqua Translatio corporis S. Guillelmi Confessoris Christi: quæ forsitan conscribitur prima corporis elevatio, ex humili sepulcro in marmoream tumbam. Porro cum Garsendus nobilis femina, anno MXXIX, monasterio Gellonensi ecclesiam S. Petri de Salve obtulisset, Gausfredus Abbas, sampto secam vexillo Crueis et S. Guillelmi gleba, cum conventu fidelium Monachorum, Clericorum, Militum, Laicorum... locum adivit, ut sit cella monasterii Gallonensis in perpetuum, quemadmodum exponitur apud Mobilonum. Prudie etiam sennottus in Nonos Martii signatur supra indicata Translatio corporis sanctissimi Confessoris Christi, anno MXXXVIII, per manus Domni Ugonis Albiensis Episcopi, et Raimundi Abbatis Gellonensis, et Raimundi Nantensis Abbatis, temporibus Innocentii Papæ secundi, regnante Ladovico Rege Septimo seu Juniore.

C 6 Sub hoc Pontifice et Rege floruit Ordericus Vitalis, qui libro 6 supra indicato ista in commendationem loci scribit: Venerabile conobium illuc usque in hodiernum diem perseverat, et ingens Monachorum exercitus Domino Deo Sabaoth cum ingenti tripudio militat, atque meritis S. Guillelmi ex illustri Milite religiosi Monachi, turba infirmantium convalescens exultat in Christo Jesu, qui omnes sibi adhaerentes glorificat. Erat jam ab anno circiter nonagesimo supra millesimum dicto Abbatio, decreto Urbani Papæ II, ditioni Anianensem subducta; et deinde litteris Callisti II et Alexandri III, Romam Sedi immediate subjecta: et ipsa Episcopalem jurisdictionem exercet in totam vallem Gellauensem, atque oppidum monasterio adjunctum, nec non in duas ibidem ecclesias parochiales S. Bartholomæi et S. Laurentii: imo eidem subsunt Eremitæ, in præruptis montium jugis simul degentes, quibus a Benedicto Popa data facultas ædificare construenda per litteras, anno MCCCXXXVI Idibus Septembribus Avenione signatas.

VITÆ COMPENDIUM

Ex Vita S. Benedicti Anianensis, Scripta ab Ardone discipulo,
et edita ad diem XII Februarii.

G uillelmus Comes, qui in aula Imperatoris præeunctis clarior erat, tanto dilectionis affectu B. Benedicto deinceps adhæsit, ut seculi dignitatibus

D
despectis, hunc ducem viæ salataris eligeret, qua pertingere posset ad Christum: acceptaque tandem convertendi licentia, magnis cum munieribus auri argenteique, ac pretiosarum vestium speciebus, subsequitur venerabilem virum. Nec morau inde ponendi comam fieri passus est, quin potius die Natalis Apostolorum Petri et Pauli, auro textis depositis vestibus, Christicolarum induit habitum, sese Cœlicolarum adscisci numero quantoctius congaudens. Vallis vero a beati viri Benedicti monasterio ferme quatuor distat millibus, cui nomen est Gellonis: in qua construere præfates Comes, in dignitate adhuc seculi positus, cellam jusserset: illic se vitae soæ tempore Christo tradidit servitum. Et quoniam nobilibus natalibus ortus, nobiliorem se fieri Christi amplectendo pauperiem studuit; et sumnum, quem genuino perceperat, pro Christo abjectit honorem; ratum puto, si de piis conversationis ejus actibus pro hescientibus pandam. Etenim in cellam præfataam venerabilis Pater Benedictus suos jam posuerat Monachos: quorum exemplo imbutus, infra paucos dies, eos a quibus electus est, virtutibus antecelluit. Adjuvantibus quoque eum filiis, quos suis Comitatibus præfecerat, Comitibus que vicini, ad perfectam fabricam monasterii, quam cœperat, cito de-luxit. Qai locus ita secretas est, ut solitudinem non desideret habitator: cingitur denique nubiferis undique montibus, neque enim illuc accessus est, nisi quem ultraneus orandi causa deduxit animus: tanta vero amœnitate est persusus, ut si Deo servire decreverit, aliorum non desideret loca: siquidem adsunt vineæ, quas præfatus vir plantare præcepit, hortorum quoque copia, variis stipata diversarum generibus arborum. Possessiones acquisivit plurimas: petenti siquidem eo Serenissimus Rex Ludovicus spatiose hoc dilatavit teraino, de fiscis suis ad laborandum concedens loca: vestes sacras perplurimas dedit, calices aureosque et offertoria præparavit, libros secum perplures attulit, altaria auro argentoque vestivit. In hanc nempe ingressus cellam totum se dedicavit Christo, nihil mundanae pompæ relinquens vestigii. Tantæ autem deinceps humilitatis fuit, ut rares aut nullus ex Monachis ita flecti posset, dum obviare contingeret, ut ab eo humilitate non vineget. Vidimus stepe eum cælentem asinam suum, flasconem vini in stratorio deferre, eumque super insedentem, calicem in terga humeris vehentem, nostri monasterii Fratribus tempore messis ad refocillandum sitim eorum occurrere. In vigiliis quoque ita peregrinat erat, ut vinceret cunctos. In pistriño, nisi occupatio aliqua præpediret aut ægritudo tardaret, propriis operabatur manibus. Coquinam vice sua complebat; in habitu summæ humilitatis assumpserat formam: jejunii amator exstitit, orationibus instans, cojunctioni continuus: vixque corpus Christi poterat percipere, priusquam lacrymarum ejus in terram decurrerent guttæ. Lectuli quoque duritiem avide expetebat; sed propter ejus invaleitudinem Benedictus Pater culiciram, eo nolente licet, substerni fecit. Aliunt nonnulli, quia se saepe pro Christi amore flagellis cædi, nullo alio præter eum qui aderat conscientio, jassit. Mediis fere noctibus, glacialibus profusus rigeribus, uno per raro tectas tegmine, saepe in oratorio, quod in honorem sancti Michaelis construxerat, soli Deo notos, vacans orationibus stabant. His aliisque virtutum fructibus intra exiguos stipatus annos, immunitate sibi diem mortis cognoscens, cunctis monasteriis in regno Domini Caroli pene sitis per scripturam notum fieri jussit, se ab hoc jam seculo migrasse: sicque deinceps copias virtutum reportans, Christo vocante migravit e mundo.

D
Conversus a B. Benedicto
Abb. Anianæ.

ex Comite
Monachus Gel-
lonensis,

E
omni virtute
excellit,

F
sui præsertim
despectu.

et pie obit.

VITA

Auctore gravi, seculo Christi xi scripta.

Ex variis MSS. et duplii editione.

PROLOGUS.

Ad summam Dei gloriam et laudem, de B. Wilelmi vita laudabili sancta conversione atque conversatione tractaturi, sancti Spiritus gratiam, qui etiam in rebus minimis implorandus est, invocamus: ut qui eum in contemptu seculi, in sui ipsius abnegatione prævenit et secutus est; ipse nos quoque in hac retractatione prævenire dignetur ac subsequi, et efficiat idoneos tante historie relatores. Nihil enim dignum dicitur sine eo, neque etiam ipse sine se invocatur, enjus nimirum dona sunt, si quis mereatur Omnipotens opera denuntiare, et ipsum in Sanctis suis magnificare Deum, et primum quidem hanc Dei dilectum, exemplar nobis et speculum proponamus, et formam in eo Apostolicam et vitam in terris Angelicam veneremur; atque, in quantum possibile est, boni æmulatores idipsum imitamur. Cum enim magnum sit et valde bonum, Sanctorum merita prædicare et extollere virtutes; ipsas utique virtutes ambire, atque imitando acquirere revera optimum est et præcellens. Utrumque tamen et cœlitus datur, et divinitus inspiratur: illiusque administratio est gratis, qui gratiarum distributor dat ex eis quibus vult, et dividit singulis prout vult.

B 3 Nunc igitur quæ ad communem ædificationem pertinent, quæque devotis auditorum animis prodesse ad imitationem possunt, de vita et meritis tanti Ducis tamque gloriæ Principis, aggrediamur: cetera quæ mundi fuerunt, gesta videlicet fortia, ad terrenam dignitatem atque ad secularem militiam pertinentia, quamvis inclita ac relatu digna in memoria æterna, nos tamen silentio preterire decrevimus, gestis tantum spiritualibus ex parte recitandis calatum applicantes. Quæ enim regna et quæ provinciae, quæ gentes, quæ urbes, Willelmi Ducis potentiam non loquuntur, virtutem animi, corporis vires, gloriosos belli studio et frequentia triumphos? Qui chori juvenum, qui conventus populorum, præcipue militum ac nobilium virorum, quæ vigilæ Sanctorum, dulee non resonant, et modulatis vocibus decantant, qualis et quantus fuerit, quamque victoriose barbaros donuit et expugnavit; quanta ab eis pertulit, quanta intulit; ac demum de cunctis regnis Francorum finibus cerebro victos et refugas perturbavit et expulit? Haec enim omnia et multiplex vitae ejus a historia cum adhuc ubique pene terrarum notissima habeantur, nec modo ad hanc descriptionem pertinere necessario videantur; jam nunc ad ea quæ religio beati Viri et sanctitas expostulat, manus laborare, incipiat et calamus; de ortu ejus et generis nobilitate, quod de magnis sanctisque Viris plerumque requiritur, breviter prænando.

ANNOTATIO D. P.

a *Catellus in Memoris historicis Occitaniz, lib. 4 pag. 549, veterum antiquissimi idiomatici ægreque intelligibilis Romanciam MS. ubi continantur Acta Guilielmi Curti-naris (hoc enim cognominatum sibi assumpsisse ibidem dicitur, in memoriam duelli contra æmulum Cursoldum depugnati, quo nasus ei delibatus fuit et extrema sui parte mutilatus. Ingeas autem ita esse volumen, in plures distinctum libros, quorum unius titulus sit Carrucatio Nemausensis; propter captam*

Nemausum, per stratagema carrucarum datus milite D partis ouistarum: cujas libri principium dedimus in ex MSS. Aldendis ad Chronogiam Patriarcharum Hierosolymitanorum sub fine. Plura fragmenta deinde profert idem Catellus, ubi de gestis illius ex professo agere incipit, pag. 567, in quibus ipse Guilielmus natus dicitur Narbonæ, patrem habuisse Aimericum Seniorem, cognomine Barbatum, matrem Ermengardim, sororem Bonifacii Regis Papiensis id est Longobardum; fratres Bernardum de Breban, Guarinum d'Anseanne, Guibertum d'Audernas, et Aimericum; Sorores Blanca, Ludorico Pio nuptam: tunc Gualteri Tolosani matrem, aliasque duas innominas; uxorem, Orablau, Aransionensis Principis filiam, bello captam, quem in baptismō fecerit appellari Guihorau. Ceterum cum ex Francorum historiis constet Desiderium, ultimum Longobardorum Regem Aytulfo successisse; et Ludorico Pio uxores fuisse, primam Ermengardim, secundam Juditham; apparet nihil fidei historicæ subesse Romancie isti: sicut nec subesse potest expeditioni illi, quam idem Guilielmus jam Monachus, resumptis tantisper armis, suscepisset ad liberando obsultane Parisios, quo adveniens Suracenorum Ducem E Isorem, Conimbricæ Regem, singulari certamine superruerit. Quapropter nobis opere pretium non est visum, Codicem illum MS. requirere; de Francica tomen veteri lingua fortassis non male mereretur, qui ejusmodi poemata proferret in lucem, usitatoris nunc linguæ paraphrasi e latere adjecta.

CAPUT I.

Vita Sancti in seculo, militia contra Saracenos, monasterii fundatio, Sororum oblatio.

Inclitæ a laudis ac perennis memoriae Pippini Regis tempore, natus est B. Willelmus de præclara Francorum progenie, ex patre videlicet nobili magnoque b Consule, e Theoderico nomine, cuius mater æque generosa et nobilissima Comitissa dicta est d Aldana: ambo quidem de summis Francie Principibus, Consules ex Consulibus, vita quoque et moribus placentes Deo et hominibus. Cum ergo essent tales, et verae divinitatis religiosi cultores, puerum a Deo susceptum cum omni diligentia nutririunt, eum quedisciplinis liberalibus tradunt, et specialiter informari et eruditiri faciunt. Eruditum vero litteris divinis ac diversis Philosophorum doctrinis, parentes ejus, et erat moris fieri de Principum filiis, nihil minus instruunt fortioribus studiis atque exercitiis inilitæ scalaris.

C 4 Deinde cum eum jam Pippinus Rex ex hac luce e migrasset, et filius ejus Carolus, qui dictus est Magnus et gloriatus, in throno regni resedisset; inclitus adolescens commendatus est ei a parentibus, ut Regi semper adstaret; et in palatio, ut parerat, militaret. Cumque in aula Regia irreprehensibiliter et laudabiliter se haberet, et Regi esset acceptus, et exercitu placeret; nullius tamen movebatur invidia, nec quisquam adversus eum movebatur injuria. Siquidem Willelmi nomen jam celebre habebatur, et de sibi a Deo data fortitudine, de corporis ejus per pulchram magnitudine, de magnanimitate, deque morum ejus bene per cuncta composita qualitate, fama inclita ubique loquebatur. Igitur Willelmus commendatus a patre, stat ante Regis conspectum, suscepit nomen Consulis et Consulatum, in rebus bellicis primæ cohortis sortitur principatum. Regiis principaliter adhibetur consiliis, tractat strenue cum Rege de regni negotiis, do militia et armis; fit Pater patriæ, reipublicæ defensor; pro pace vigilat, in bellis laborat; fovet cives, hostes expugnat; cunctis in arcto positis, in angustiis constitutis

a

b c
d

Stirpe prænobilis et recte educatus,

e

In aula Caroli honoratur,

EX MSS.

A statutis compatienser subvenit, et pro quibus res exigit apud Regem intervenit. Regis vero haec erat intentio et cura præcipua, Christi gloriam querere, et super omnes gentes Christiani nominis elevare triumphum: quod et fecit Deo cooperante in omnibus, et Willelmo cum aliis Ducibus consilio et virtute opem sibi ferentibus. Sic enim eorum muniebatur studiis et honestis consiliis, et præcipue Willelmi innitebatur brachis, ac si thronus aureus, qui columnis fulcitur argenteis. Willelmus Regi aderat a dextris et a sinistris, ipse quidem in prosperis partibus et in adversis.

adversus Saracenes Dux constitutus in Aquitania,

5 In diebus illis Saraceni pariter congregati magnum valde et inopinabilem producent exercitum: montes Pyrenæos transeunt, et una omnes conspiratione ad has partes Aquitaniæ, Provinciæ ac Septimaniæ properant, confinia scilicet Christianorum. Regnum irrumunt Caroli, dant infinitas de Christianis strages; victores existunt, spolia diripiunt, captosque ducunt strictis funibus captivos, præoccupant totam longe lateque terram, quasi jure perpetuo possidendam. Nuntiatur hoc Christianissimo Regi, neque enim complacet illi. Auditio hoc nuntiū, ipsum Christi nomen fidelis invocat, moxque suæ virtatis Principes et Consiliarios more regio convocat, et quid facto ad talia opus sit eos consulit, et ipse inde cum eis attente et sollicitate tractat. Omnes per Dei providentiam in unam concordant sententiam, ut scilicet Comes Willelmus, armis inclitus, bello Victoriosus, militiae Gallicanæ studiis gloriosus, ad hoc opus eligatur, et ipse cum suis legionibus contra barbaros concite dirigatur. Adjudicatur etiam concilante exercitu, ut totius Aquitaniæ, quoniam dignus est, investiatur Ducatus, et de Consule sublimetur in Ducem. Non differt Carolus consilii effectum, statimque Willelmum manu tenet ac promovet. Ergo Willelmus Comitis et Ducis gloria sublimatus, fit inter Principes primus, ipse secundus a Rege, suscepit legationem, nec laborem recusat, mittitur contra barbaros.

6 Itaque Willelmus Dux salutatus a Carolo, et ipse pro Domino benignum vale faciens, procedit, fortè et electum producit exercitum; itaque Septimaniam ingressus, transito quoque Rhodano, ad urbem concitus Arausicam agmina disponit et castra (quam illi Hispani cum suo Theobaldo jam pridem occupaverant) ipsam facile ac brevi cæsis atque fugatis eripit invasoribus, licet postea et in ea et pro ea maltos et longos ab hostibus labores pertulerit, semperque prævaluerit decertando. Erupta autem urbe, placet omnibus ut sibi eam detineat, faciatque i primam suæ proprietatis sedem: unde et civitas illa ad tanti Dacis gloriam, famosissima multumque celebris magisque nominis, per totum hodieque mandam commemoratur. Quid vero post haec egerit, quot et quanta cum barbaris transmarinis et Agarenis vicinis commiserit prælia; quomodo in gladio sno cum auxilio divino populum Dei salvavit, et Christianum dilatavit imperium; at superius est dictum, nec scripto hoc indiget, nec præsentis est propositi, excepto hoc quod dici succincte potest. Quoniam licet malto tempore multaque pertinacia valde diaque decertatum sit, tumen tandem virtute Altissimi cum virtute belli ita Saracenos perdomuit et perturbavit tyrannos, perscrutans eos et conterens et ad interitum perducens, ut deinceps non auderent, nec licentiam haberent ad has partes quas invaserant redire, nec eis erupit ultra repete terram. Ceterum autem magnitudo gestorum ejus et præliorum copia, interdum varii Ducis eventus et durissimi labores, semper vero glorijs triomphi, si quis calamo attentare au-

deat, præmaximo proprio indigeret volumine.

7 Igitur Willelmus Duce operam dante Deoque cooperante, tandem a tanta persecutione terra quietvit, et pax est populo Dei sanctoque Imperio restituta. Resurgunt ecclesiæ, vel novæ ædificantur.

D
*vacat operibus
pietatis,*

Ipse quoque triumphator ac signifer Christi, Dux inquam gloriosus, pace et quiete ab inimicis indepta, et ipse bonis oranibus pacificus, cœpit jam licentius inhærere Deo, utpote bellorum curis et tumultibus liberior; et, ut olim corde conceperat, cultibus divinis totus inhiare. Non resolvebatur ignavia, nec indulgebat quieti in delectatione carnis,

ut solent plurimi plurimum perpessi laboris: sed tanto fortior, quanto liberior, piis vacabat studiis et operibus bonis. Primo quideam de statu reipublicæ et de communi omnium utilitate nocte dieque tractabat. Secundo ut sacræ leges salabriter constitutæ ratae forent et illibatae; lites universorum et diversa negotia æquissimis dirimens et discernens judiciis; pauperum specialiter, pupilli et viduae iudex ipse propitius. Tertio vero terræ principes ac dominos temperabat, ne subditos e jure violenter oppimerent: universos autem, quantum in se erat,

justitiae,

E
pacis et gratiæ vineulis adstringebat. Præterea de cœnobis sacrisque locis atque ordinibus, communem vitam professis, tantam suscepserat curam, quantam vix solet quilibet paterfamilias de domo propria sive familia regenda suscipere. Cumque generaliter monasteriis omnibus largus et munificus

religionis,

baberetur, illa tamen quadam speciali prærogativa tuebatur et favebat, que dominus suus Carolus olim nova construxerat, aut destructa renovarat, dona devotus inferens, prædia cunctedens, necessaria etiam administrans stipendia. Christi vero Sacerdotes, acsi Apostolicos viros, tanta dignos habebat reverentia, ut primus eis assurgens et primus eis supplicans, illorum se committeret precibus angelicis, et eorum manibus atque sacris altaribus suas quotidie offerret oblationes. Porro de peculiari bus elemosynis, quas ejus dextera furabatur sinistram, et in pauperum sinibus abscondebat, laudem dicere non est necesse: quas ille melius novit et laude sua approbat, qui eas super numerum multas et in abscondito vidit, et solus dinumeravit, et ipse eas in personis suscepit egenorum.

8 Inter hæc omnia virtutum studia et veræ sanctitatis Deo placita holocausta, vir tamen Domini et servus Iesu Christi quasi nihil ageret suspirabat, nec videbatur sibi adhuc Deo aliquid obtulisse acceptum. Visum est autem ei, inspirante gratia Dei,

F
*Cœnobia
condendo locum quartus:*

ut novum novo opere Regi omnipotenti debeat ædificare monasterium, in tali scilicet loco, ubi nullum ante fuerit oratorium; in quo divinum fiat semper servitium, perpes oblatio, juge sacrificium. Procedit igitur explorare et quærere, in quo locorum debeat ædificare monasterium, jacere fundamenta, opus accelerare. Incidit ergo ei voluntas ad excelsa montana Lutevensis territorii procedere, circumire et quærere, si forte quæcum in illa vasta solitudine lacum juxta cor suum, quem ad Dei omnipotentis gloriam construat, reperire. Denique ingreditur, Deo ut credimus comitante, Angeloque sancto duce viam præparante, loca deserti devia, alpes arduas, celsa promontoria, areta nimis via et scopolosa, aspera per totum, plurimum laboriosa. Abbreviat cito gratia divina viæ asperitatem, et adimplens cari sui desiderium terminat anxietatem.

9 Nam convallis ipsius angustias ingresso, et ad interiorem eremum paulo longius progresso, subito occurrit inter ipsas montiam crepidines parva quædam et inculta planities, aeris undique jugis et rupibus constipata, nemorosis circumquaque arboribus obumbrata, rivolo t viventis aquæ per medium aptumque in valle Gellonis reperiens,

t
defluento

A defluente, et in fluvium Arauris quo clauditur illa vallis baud procul ingrediente. Requiritur nomen loci, et invenitur quoniam Vallis-Gellonis antiquitus diceretur : et ideo fortassis, ut quidam interpretantur, quod in ipsa solitudine deserti, inter immensos scopulos et colles horribiles, quasi agellus vel parvus ager remansisse videretur. Videns igitur Dei amicus luci qualitatem, et ad monasterium construendum quamdam opportunitatem, cognoscit se manifeste a Domino exauditum, et iter suum a Domino expeditum. Unde referens gratias Conditori, omnisque dilationis impatiens, dat manum operi, instat et invigilat sancto gratoque labori. Accitis quoque magistris quos secum educebat, virisque sapientibus quos in suo comitatu habebat, quamprimum condecens metitur oratorium, metitur etiam totius claustrum spatium, domum refectionis atque dormitorium, domum etiam infirmorum et cellam novitiorum, proaulam hospitum, xenodochium panperum, junctum clibanum pistrinum, de latere molendinum. His ita depositis et congrue atque regulariter designatis, ipse Dux ad opus rediit, operarios ponit, artifices præponit ; qui quibus insistant operibus, quæve exercant studia, diligenter et opportune disponit. Et sic quidem incipiens a capite, sicut dicitur, A sanctuario meo incipite, exorsus est a sanctuario : in quo nimirum primos ipse lapides mittens, in nomine Salvatoris, id est Jesu Christi, qui est vere Salvator mundi, initiat fundamentum, erigit parietes, sustollit tectum, consummat opus perfectum, marmore pretioso perficiens pavimentum. Sancta Regina cœlorum et Princeps Archangelorum, Petrus Pastor ovium et Paulus Doctor gentium, cum Joanne Theologo et Andrea Apostolo, cum omni duodeno Apostolorum numero, præmissa Salvatoris in principali memoria, quem decet ante omnia omnipotens honor et gloria, plauuit sancto Principi, ut specialiter colantur in eadem ecclesia : fecitque et ipsis ibidem propria et veneranda altaria.

10 Igitur perfecto opere templi et quibusdam officiis, festinat servus Domini conducere servos Dei de coenobiosis vicinis, de locis regularibus atque religiosis, viros pudicos, sanctæ conversationis. Quibus etiam solenniter ab Abbate dato temploque sanctificato, solemnum quoque ecclesiæ et altari fecit dedicationem, protestans in munib[us] suam erga Deum unimi intentionem. Prædia namque cum scripto largitur ingentia, familiam multam nimis loco semper et Fratribus servitaram, auri quoque plurimum et argenti, mirabiles multasque gazas multiplicis ornamenti, greges etiam non parvi numeri sexusque promiscui, pecoris et armenti. Ut autem hæc sua donatio, sanctaque ipsius per omnia et justa constitutio indissolubilem haberet stabilitatem, et omnimodis in seculis æternis possideret firmitatem ; primo scriptis propriis p[ro]adstipulat, deinde præceptorum regalium vigore corroborat.

11 Erant beato Willelmo duas sorores virgines, tanti generis linea satis superque nobiles, quarum altera dicebatur Albana, altera vero Bertana ; ambæ omni elegantia ac venustate præminentibus, morum quoque et vitæ lampadibus esfulgentes ; ambæ de numero prudentium, cum fatuis virginibus nihil habentes. Hæ simul uno consilio, pari voto, codem desiderio, dominum suum et fratrem aggrediuntur, ejus genibus cum lacrymis provolutæ verbis eum hujusmodi alloquuntur : Audi, domine noster et frater, nostram petitionem, et adimple depositum nostram devotionem, et ad tuæ oblationis cumulum magnamque perfectionem, nos ipsas offer Domino in oblationem : si in oculis tuis invenimus gratiam, tu ipso offer Deo nostram pudicitiam, nosque facias

illi vivam et veram hostiam, pro cuius dulci amore D omnem abominamur carnis concupiscentiam. Habe[mus] enim votum, Deo auxiliante teque nobis annente, in loco isto dum vivimus persistere, sub habitu sanctæ religionis, militare Christo sub titulo sanctæ professionis, et hic exspectare diem nostræ vocationis. Igitur frater pius cum magno gaudio sorores offert in conspectu divinæ majestatis, in spiritu humilitatis, sacrificium T[ri]eo in od[or]em suavitatis, ferentes in lampadibus oleum seu unditatis cum splendorc corruptæ virginitatis. Ipsæ vero perseverant in monasterio q[uod] flagrantे amore divino, sanctoq[ue] desiderio custodientes votum, tenentes propositum, numquam mente redeentes ad seculum, nec respicientes ad Sodoma periculum.

12 His ita Dei nutu gloriose peractis, Pater Willemus, Sororibus et fratribus vale faciens, plurimumque confortans, magnumque eis Dei promittens auxilium, ad propria revertitur. Nam propria adhuc habere videbatur, licet mens ejus et propositum ad id potissimum intenderet, quatenus quandoque Deo proprio, abnegato omni proprio, etiam et semetipso, nihil in hoc mundo præter Deum possideret.

Reversus ad propria,

E recessit itaque iterum ad propria. Et nimis in domo ejus erant divitiae et gloria, rerum omnium copia, prolis gratia, uxoris pudica et fidelis amicitia. Non ventilabant, ut olim, aliqui cum hostes, neque solicitabant Agarenorum gentes : quoniam Deo proprio terra in conspectu ejus quieverat, et ipse ab omni impetu tutus et quietus erat. Inter b[ea]c autem omnia amor Dei tantus erat in eo, ut omnem amorem seculi prorsus tolleret ab eo : et quidquid in hoc mundo quasi dulce arrideret, comparatum dulcedini divinæ dilectionis pro absynthio haberet : unus enim amor Altissimi omnes resecabat ab eo affectus hujus mundi, et unius gehennæ timor cuncta in corde illius carnis oblectamenta frangebat. Tum vero fortia facta sororum et virilem earum constantiam reducens ad memoriam, quamque subito præcesserant cum ad cœlestem militiam; gaudebat quidem pro eis, verumtamen erubescerat, utpote qui in seculi militia semper primas tenuerit acies, et numquam novissimus apparuit ; nunc vero feminæ et audaciam ejus præripuerant et palmam. Cum autem inter cetera illius solitudinis, in qua paulo ante monasterium construxerat, sedulo recordaretur, atque servorum Dei quos ibidem dimiserat sancta studia vitamque cœlibem ad mentem reduceret, semperque in mente haberet ad hujusmodi emulationem ; quidquid ei erat in hoc mundo præcipuum vilescebat ; et ipsem sibi displicens, eo quod cum religiosis Fratribus non remanserat, animo tabescerat. His et hujusmodi cogitationibus vir Dei et contristabatur, et confortabatur ; satiabatur suspiriis, et lacrymis pascebatur.

monachorum sorte[m] co-gitat.

ANNOTATA.

a *Antiqua Vita Dunensis ita incipit :* In diebus laudabilis ac pii Regis Pepini natus est B. Guilelmus etc. prout hic habentur.

b *Nomen Consulis pro Comite usurpari, a mediæ ætatis scriptoribus sapius monimus, præsertim ad Vitam B. Caroli Boni Flandriæ Comitis 2 Martii.*

c *Quis hic magnus Comes Theodericus seu Theodericus fuerit, non satis constat. Oculos conjiciunt aliqui in Anoles Eginhardi, seu potius Monachi Laurishamensis, in quibus ad annum 783 dicitur, Saxonibus, ex consilio Widekindi ad bellum Franci inferendum paratis, obviavisse Theodoricus Comes, propinquus Regis, cum iis copiis, quas auditæ Saxonum defectione raptim in Ripuaria congregare potuit. Addunt aliqui, eum fratrem patruellem suisse*

Caroli

*ipsum ædificat
cum ecclesia :*

Eze. 9. 6.

m

n
Monachos
eo inducit
et dotat :

o

p

Sorores duas
offer Deo.

A Caroli Regis, quasi esset filius Childebrandi et frater junior Nibelungi. Quod aliis ulterius discutiendum relinquimus.

d Aldana in *Tabulis Genealogicis Labecanis* habetur filia Caroli Martelli et Rotrudis, quod in quodam *Martyrologio apud Antonium Dominicum de Ansberti familia rediviva* referatur Andana, soror Heltrudis et Landradæ, quæ fuerunt filiae dicti Caroli Martelli. Alia ab Aldana est Dodana, uxor Bernardi, cuius liber ad *Willelmum* filium, sed S. Willermo juniores, extat apud *Mabilionem* seculo Benedictino 4, a pagina 750.

e Pippino 24 Septembbris anni 768 successit Carolus Magnus, enjus *Acta illustravimus* ad diem 28 Januarii quo colitur.

f Prælium factum est inter Saracenos et Francos in Gothia, in quo Saraceni superiores extiterunt. Ita *Annales Fuldenses* ad an. 793. Qno anno apud *Eginhardum sive Laurishamensem*, dicuntur Saraceni Septimaniam ingressi; prælioque cum illius limitis custodibus atque Comitibus conserto, multis Francorum interfectis, victores ad suos regressi.

B In eadem scilicet Septimaniam et Gothia seu Languedocia

g Ordericus Vitalis loco supra indicato, A Carolo, inquit, Dux Aquitaniæ constituitur, eique Legatio contra Theodebaldum et Hispanos atque Agarenos injungitur. Sed quod investituram attinet, decepi auctorem sui temporis usus, nec enim tunc adhuc cœperant provinciæ in feudum tradi, transmittendæ ad posteros.

h Rhodanus etiamum limes est Septimanix sive Occitanix et Provinciæ, in hac est Arausio, una leuca a Rhodano distans.

i Honoratus Bacharus, lib. 8 *Historiæ Provinciæ sect. 5* agens de Principatu Arausionensi, primum constituit Guilielmum hunc et cognominat Courtinez, quod etiam confirmat Catellus lib. 1 *Historiæ Comitum Tolosanorum* cap. 6: ubi eum statuit etiam fuisse Comitem Tolosanum, scilicet quia submoto Gorsono, Guilielmum pro eo subrogatum fuisse legitur in Vita Ludovici Pii ad annum 789: sed quidquid de cognomento a brevitate nisi sumpto sit, cuius certiora optorem videre documenta, nemo hoc debet ad familiam aliquam trahere, quia ejusmodi cognomenta, a plebe indita, nec usurpabant viri nobiles ut sua, nec transmiscebant ad posteros.

k Stengelins cum MS. S. Maximini fiduciam.

C l Riwulus Odorubio, per monasterii hortum in Aravim defluit.

m In *Necrologia Gellonensi* memoratur pridie Kalendas Octobris, In arcisterio Gellonensi dedicatio basilicae S. Salvatoris.

n Potissimum ex monasterio Aniana, quod sermone quatuor distabat millibus passuum, cui præerat B. Benedictus, quem ibi suos posuisse Monachos supra dictum ab Ardone.

o Infra in diplomate Ludovici Pii, tunc regis Aquitaniæ, dato anno 808, dicitur Juliosredus Rector et Abbas præesse, et infra num. 21 ob ipso præpositus. Sed, in charta secunda S. Willielmi infra danda, dicitur Benedictus Abba rogare, anno 804.

p Hæc scripta infra referenda, fuerunt data anno 804, die 19 Decembri.

q Nunc est ecclesia parochialis S. Bartholomæo dictata, viginti possibus a monasterio Gellonensi dissita. Harum sororum tumulum, quatuor columnis marmoreis, erectum esse in sacello B. Mariæ, easque Sanctas reputari, non tamen publico honorari cultu, indicat Mabilio. Et dicti monasterii Sauctimoniales solebant appellari Monachæ S. Guilielmi, quæ inconsulto Abbatæ non poteraat admitti.

Cum bona Regis gratia et vale amicis dicto, monasticum habitum assumit Willmus.

Interea causa extitit, ut ipse Carolo valde necessarius Franciam accitus expeteret, et post multum temporis natale solum patrioque Consulatus, immo sui, hereditatem reviseret. Susceptus a Rege mirabilis gudio omnique dilectionis affectu, laus quoque meritorum ejus acclamata est non minima: ipse vero donis ingentibus est, ut par erat, honorificatus. Obtenu Regis aliquamdiu commoratus est in Francia, cum eo procedens pariterque convivans, potens in palatio et imperio Princeps, et in tanta apud eum gratia, sicut filius apud patrem. Franci omnes exultabant super eum, et nobilis cognatio necon et familia naturalis debita præcipue tripudiabant laetitia. Ipse vero omnibus dilectionis vicem reddens, nec tantumdem solummodo, sed duplo omnes diligebat, dicente Domino: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Tamen pro hac tanta dilectione, pro que tantis affectibus, non poterat amor Dei ingens et in re modum excedens, in corde ejus tepescere: sed tanto ardenter, quanto secretius succendebatur, et in cordis penetralibus flammis crescentibus aestuabat.

14 Namque inter delicias Domini scilicet Caroli, inter oblectamenta seculi, interque blandimenta carnalium amicorum, nocte dieque tractabat, cura præmaxima et corde pervigili, quatenus relieta hac omni pompa nobili et gloria transitoria hujus mundi, quæ præterit ut flos fœni vel similitudo fumi, pauper et modicus Christum pauperem sequeretur; et eo ductore eodemque largitore gloriam quæ non finitur, et divitias aternas in cœlo consequeretur, et Regis immortalis Patrisque invisibilis miles esse mereretur. Verumtamen in hoc ejus animus fluctuabat, et quadam dubitatione suspendebatur, utrum Domino suo Carolo inconsulto, cui tantopere in amicitiis adstringebatur, id fieri oporteret. Ergo vi-

Mat. 5, 43
E

seculi fugam
meditatur.

Caroli lieuen-
tiam petit.

sum est ei optimum, et dignum duxit, ut cum gratia et consensu Domini tam dilectissimi ac Regis tam Christianissimi, de illius ad Christi se transferret militiam: ne forte, nisi hoc fieret, reus haberetur Domino et protestati, sed neque alicujus offensionis argui posset vel delicti: alioquin occulte et absque arbitris, sola Divinitate conscientia, louge ante effugere cogitarat. Accedit ergo solita familiaritate ad Regem: et eum opportune inveniens, datis priunitus magnis et saluberrimis pro quibus advenerat consiliis, subsequenter de semetipso incipiens, ita prosequitur: Mi Domine, mi pater Carole, quem Rex cœlestis populo suo dedit Regem, cuius me esse militem et principem ipse aliquantis per voluit; tu ipse nosti, teque per tuam gratiam testem adbibeo, quam verax fidelis, quamque unanimis tibi semper extiterim, quantus erga te mihi fuerit dilectionis affectus; ut te vita gratiorem, teque super salutem omnemque jucunditatem pro luce mibi haberem. Nosti etiam, quid ego miles tuus pro te egerim, quanta pertulerim, quoties te in mortem et in mortis pericula sim secutus; semper paratus et promptus pro te animam meam ponere, et tuam (quantum in me fuit) servare et protegere. Si surrexit adversum te prælium, lateris ipse et capitis custos fui: si castrorum impetus, vel gladius ex adverso armatus; me opposui, atque inter te et arma memet murum constitui: nunquam subterfugi, numquam te deserui. Nunc ergo obseero, Domine mi patienter me audi, nec dure accipias verba tui militis, immo dilecti tui: et ne te diutius protraham, ecce eorum Deo meam tibi

A tibi ostendo conscientiam. Postulo licentiam, ut ad illius aeterni Regis novus miles me transferam militiam: habeo enim votum, magno quidem longo-que desiderio, ut abrenuntiatis omnibus ineque ipso abnegato eam serviturus Deo, iu illo scilicet monasterio, quod jam pridem tuae caritatis causa construxi in eremo.

et ab eo lacrymante imperat:

15 His verbis inopinatis clemens Carolus auditus, paulisper diriguit, et vultus ejus concidit; atque graviter suspirans, nec a lacrymis temperans, paucis amico respondit: Mi Domine Willelme, quam durum est quod loqueris! quam amarum quod suggeris! gladio me appetis, telo percutis, dum talia prosequeris. Vulnerasti cor meum pro hac petitione, affligis vehementer animam meam pro tua discessione: verumtamen quia justa est petitio, et tam religiosa quam est rationabilis haec tua postulatio, non habeo quid dicam, neque fas est ut contradicam. Si Regum quemlibet mortalium, me relicto, adire voluisses; si hominem Imperatorem, qui magis tibi complacuissest, nostrae dilectioni praetulisses; hoc utique ad injuriam meam nullatenus possem ferre, sed adversus illum Regem commoverem orbem terrae: si fecisses pro honore vel dignitate majore, aut forte pro divitiis quibus potenter affluis, puncta utique mea libens tibi obtulisse, etad placitum dedissem. Nunc vero quia nihil est horum, sed desideras effici miles Regis Angelorum, praesentia contemnens spe futurorum bonorum; en ita tibi faciam, velini nolim consentiam, non revellam propositum, neque votum praepediam: ita dumtaxat, ut morem mihi geras, et unum mihi concedas, quantum sine meis donis nequaquam a me recedas. In hoc enim me consolatum et anima equiore habebis, si de regalibus thesauris me donante optima quaque tuleris, in signum et recordationem nostrae dilectionis ac perpetui foederis, unde saltem honores locum, quem ad inhabitandum tantopere diligis. Haec ait, et in lacrymis prorumpens, super collum amici ruit; et, ut fieri super mortuo solet, diu et amarissime flevit.

16 Willelmus quoque Domini sui lacrymas non ferens, et ideo amplius ligens, seque gravius afflgens, postquam ipse nimium fletura emisit, et dilectissimi Regis angelicam faciem regiasque vestes tantis fletibus infudit; tandem Domini mœrorem vehementer prohibens, seque ipsum magna virtute animi confortans et continens, ita respondit: Non deceat, Rex clementissime, vestram Regiam Celsitudinem, nec mihi fidei vestro, nee cuiuslibet unquam tantum condescendere, ut oculi vestri, pleni gratia omnique pulchritudine, gemmis venustiores, beryllis splendidiiores, lacrymis perfundantur vel lugere videantur. O utinam ipsas lacrymas vestri siderei vultus non ipse vidi semper! utinam heri sive nudiustertius rei hujus praescius esse potuisse! fateor peccatum meum, priusquam id pertulisse, majestate vestra inconsulta et insalutata diffugere maluisse. Nunc autem, mi Domine, in Christi nomine, quod expedit et vobis multum convenit, causam meam inspicite: et neque vultu tristi, neque mente lugubri, sed cum jucunditate et gudio spirituali a vobis me dimittite, et ad communem Dominum Regemque omnium cursum meum dirigit. Quod autem gratia vestra de thesauris vestris dona mihi placita dignatur offerre, vox quidem facitis vestro Regio et Imperiali more; at vero si ego meis omnibus pro Christo abrenuntio, quomodo vestra tello, vel aliquid ab aliquo qualiter aceipio? sufficit enim rerum mearum copia, auri quoque et argenti satis ingens pecunia. Tamen si multum vobis placet aliquid mihi dare, et per me omnipotenti Deo aliquid praesentare; sunt vobis dona religiosa, sunt munera

pretiosa, quod vestrum est dare sino reprehensione et meum suscipere absque offensioue: dico enim de gloriose ligno Domini, quod me præsente olim vobis missum est ab Hierosolymis. Quo auditio Carolus primo quidem accepit dure; deinde ad se rediens, et tanti amici devictus amore; Felicem me, inquit, pro hac petitione! et hoc erit factum cum Dei benedictione. Denique cum Rex ipse venerabilis primo Imperii sui anno Romæ moraretur, et Imperiale ad primam gloriam restauraret dignitatem; Patriarcha *b* Hierosolymitanus desiderans eum honorare, multumque placere ei, miserat illi ab Hierosolymis per *c* Zachariam, magni propositi magnique testimoniū Sacerdotem, perque duos *d* Monachos Hierosolymitanos magnæ religionis nec parvæ auctoritatise, illud Dominicæ Crucis venerabile cunctisque mortalibus adorandum phylacterium, geminarum splendoribus et auro purissimo, quantum potuit humana devotio, decentissime perornatum, magnisque postea et crebris exploratum atque probatum virtutibus: ut nulli sit dubium, quem ipsum vere de eo ipso fuerit nostræ redēptionis ligno. Hoc donum, Rege dignum, misit Carolo ab Hierosolymis venerabilis Patriarcha: quod Dei cultor ille mirabilis Imperator, super omne quod offerri vel præsentari poterat, *E* gratum habuit et acceptum. Suscepit enim Rex munus sacrosanctum, sibi quidem præsentatum, sed Willelmo a Deo promissum et cœlitus destinatum.

17 Igitur Rege jubente mittitur sine mora: defertur illud lignum mirabile cum sanctificata ac venerabili ara, necnon et ipsius aræ pretiosus cultus et plurima ornamenta, Sanctorum etiam pignora gloriosa, quæ Carolus propria manu dat amico in haec verba: Suscipe nunc, dilectissime, haec Domini tui dona; contra malignos spiritus et contra adversa omnia, præclara atque fortissima urna; suscipe Regis tui munera, novissima malitia tuae præmia. Haec tibi semper erunt nostræ dilectionis vera et certissima signa, frequens recordatio, memoria sempiterna, Haud enim dubium, quia quoties cumque haec sancta vel oculis aspiceris, vel manus tenueris, Domini tui Caroli oblivisci non poteris.

18 Interea jam coepit audiri et murmur crebrescere, quoniam Willelmus accepta licentia a Rege mundum vellet relinquere, et mutato schemate monasterium vel eremum expetere. Tum subito tota domus regia consurgit, omnis pariter civitas ruit. Adest repente non parva Procerum frequentia, intrat cum violentia omnis illa nobilium Francorum militia, fortiter ei adstricta in magna amicitia. Accurrit, mente perdita et vehementer attonita, illa sua specialis et naturalis familia, omnes ejulantes et vocibus incompositis coram Rege conclamantes: Quid, Willelme Domine, quid est quod putas facere? ut quid vis recedere, Regem relinquere, regnum everttere, universos nos perdere? Quo enim vis abire? Si vis ad Deum ire, ubique locorum potes eum invenire. Ideo, princeps egregie, te decet considerare, ac pro salute multorum sententiam retractare. At vero Dei fidelis, cuius jam mens tota conversabatur in cœlis, responsum non dabat eis: sed tamquam mons immobilis et turris fortitudinis, nec movebatur verbis, nec flectebatur lacrymis. Cui etsi inerant viscera pietatis virtusque magna debitæ compassionis; tamen stabat fortissimus, immoto vultu penitus et inflexis oculis. Cumq[ue] invictum teneret vultum, tamen tandem propter lacrymas et gemmitum elevans oculos, cœlos respexit, et respondens omnibus breviter dixit: Si mihi o cari mei, fidem possetis dare et obsidibus firmare, ut semper in hac vita possem vobiscum manero, feliciter vivere, numquam mortem videre;

D ex MSS.

Lignum Crucis Hierosolymitans transmissum ab eo petit:

b

c

d

et obtinet cum donis sacris.

Amicis consanguineisque repugnantibus,

h[ab]e in proposito manu immo-

tus:

EX MSS.

et discedit.

Brivate ar-
mas sua of-
ferit S. Ju-
lianu.

e

/

B

Gellonense
monasterium
petit:

A potero utcumque, quamvis non bene, vobis acquiescere: si vero id non potestis, sinite me, quæso, si amici mei estis, si, inquam, hostes non estis; sinite ad vitam ire, lucem sequi, viam tenere, veritatem querere, veraciter invenire. Hodie fortassis vel modico tempore possem vobis eum manere: sed constat, ut vos scitis, quia mortis necessitas et conditio naturæ tollit nobis permanere.

19 Hæc dieens B. Willermus, et cunctis vale faciens, seque propere ab omnibus ac fortiter excutientis, exit de civitate, baulans crucem in ænigmate, crucem vero Jesu Christi in veritate; Rege Carolo dilecto suo Domino diutius illum cum lacrymis deducente, Francorum exercitu cum dolore et gemitu cunctaque multitudine eum longius, quoque oportuit, prosequente.

20 Igitur Dei amicus tandem expeditus, tantisque diruptis hujus mundi vinculis, ecclesiis honoratis, multis eleemosynis pauperibus erogatis, servis etiam non paucis libertate donatis, Franciam egreditur, Arvernū ingreditur. Cumque ad insignem vicum, qui vulgo e Brivate dicitur, devenisset; ibique spatio itineris opportuno officiosissime, ut par erat, suscepimus fuisse hospitio; pergit oratum ad venerabile templum sancti Martyris / Juliani; ubi devote prostratus multumque lacrymatus, puram celebrat orationem: oblatisque digne sancto altari muneribus, etiam de suis armis bellicis perfecit oblationem.

Offert itaque ante Martyris tumulum galeam decenniassimam et spectabilem clypeum: foris vero extra templum præsentarata ostium pharetram et arcum, ingens telum, versatile gladium: ex quibus clypeus in templo hodieque conservatur, qui et ipse de Willermo, quis et eujusmodi fuerit, satis testificatur. Jam vero armis omnibus oblatis et cum innumeris Domino consecratis, denuo flectit genu, terque quaterque pavimento prostermitur, et sanctum Dei Martyrem in oratione eum lacrymis allquitur: Novi, sancte Julianæ, novi et certum habeo, quam miles, quam armis strenuus fueris in seculo, numquam victus, numquam derelictus a Deo: ideoque coram altari tuo arma hæc derelinquo, quæ Deo omnipotenti dimitto, tibique ea committo: insuper vero animam meam tibi instanter commendo, et istam, qua nunc ad Uenit rado, ut tu serves mea malo, custodias a delicto, salves ab hoste maligno.

21 His ita rite peractis B. Willermus, modo Dei gratia peregrinus et hujus mundi incola, suburbium illud egressus, cœptum iter accelerat, Aquitaniam intrat; et avertens oculos ab illa Ducasus terra, partesque illas jam videre desiderans, cursum dirigit, gurlensque prope: atque monasterium illud, quod ipse paulo ante in eremo construxerat: illud anhelat, ibi salvari sperat, illuc Dominus ducente pervenire desiderat. Tantum in provinciam Lutevensem, et optato pervenit ductu Angelico ad convallum Gellonensem. Videlicet autem loci amoenitatem gratianaque pulchritudinem, illamque suam bene recognoscens dilectam solitudinem, gratias referens Omnipotentem adorat, qui viam suam direxerat et bene prosperarat: salutat monasterium, Spiritum sanctum implorat. Agnoscit, inquit, cœlitus sancte Spiritus, gratia et pietate solita semper hunc locum visita, tu salva, tu ælifica, et ad tuam magnam gloriam habitationem istam et habitantes in ea benedic et sanctifica. Hic meo Sancte saeculorum, suscipiat tua propitiatio; hic mihi peccatorum tributatur remissio, hic detur mihi requies et in pace dormitio, et in novissimo die beata quam crebro carnis resurrectio, ut cum Sanctis et Electis occurram Judici meo, et in æterna gloria semper gaudem cum eo. Inter hæc verba orationis, laulus et confessionis, et totius ad Deum devotionis, Virsaetus

appropinquat monasterio, nudis pedibus, induitus ad carnem non molli neque leni cilicio. Auditur de eo, venitur obviā longe præcul in bivio; fit illi, quamvis resistenti et vehementer contradicenti, festiva atque religiosa, velit nolit, processio. Suscepimus a Fratribus quos ipse olim ibidem constituerat, Abbe prævio quem eis præposuerat, cum summa reverentia, cum gudio magno communique letitia, ducitur ad orationem: deferens mundis manibus et mundo corde auro pretiosiore gemmisque splendidiorem salutiferæ g Crucis per pulchram oblationem, lignum vitae, sæculi redemptionem. Nec minus quoque et aram deitate plenam, mira virtute præclaram, cuius superius fecimus mentionem, ipse in ulnis ostulit ad hanc processionem. Oblatis munieribus tam sanctis tamque pretiosis, aliquæ decoris valde ac præcellentibus donis, calicibus scilicet aureis et argenteis eum suis offertoriis, libris etiam valde bonis multumque necessariis, Sanctorum quoque Reliquiis h incomparabiliter pretiosis, nec minus et vestibus sericis cum stolis auro textis et palliis transmarinis: positisque omnibus reverenter super altare sancti Salvatoris, ipse solo prosternitur, extensisque manibus mundo sie crucifigitur. Preces quas circiter duabus horis ad cœlum fundit, dulcesque lacrymas quibus terram irrigat vel pavimentum infundit, credimus quod Deus audiit et propitius exaudiit: nam virtus orationis ac flamma compunctionis adscendebat e terris in conspectu Canditoris, sicut virgula summi ex aromatibus myrræ et thuris, et sicut sacrificium vespertinum in gratiam suavissimi odoris.

22 Completa vero oratione, factaque cunctis altaris sua cuique digna veneratione (ingentia namque munera in singulis Deo obtulit, et ea deauratis et decenter gemmatis ornamentis operavit) itur in auditorium i, et osculatis Fratribus, lectaque ex more lectione, factoque pro tempore brevi sermone de animæ ædificatione, mox vir Dei subinfert et indicat manifeste, cur ipse venerit vel qua intentione. Volo, inquit, vos scire, Domini mei, amo Patres in Christo et Fratres mei, quoniam ad hoc hodie huc adveni, ut abnegatis et abrenuntiatis omnibus que sunt mundi hujus, adjungi merear, si placet, vestrae societati per gratiam omnipotentis Dei, secundum Regulam B. Benedicti. Ideoque si placet sanctitati vestrae, et si iudicatus me dignum æternæ vitæ, preces meas exandite, et cognoscentes desiderium meum perficite, et disserre nolite. Hæc eo dicente, omnes qui aderant stupore detinebantur; et hanc vere divinam dispensationem altius considerantes, quanto F mirabantur, tanto et lætabantur: et adjudicantes petitionem ejus fieri debere, omnia rite præparant, et ipsi præparantur.

23 Igitur anno ab Incarnatione Domini octigesimo sexto, Imperii vero Caroli quinto, die annos 806. Natalis Apostolorum Petri et Pauli, Willermus Comes, auro textis depositis vestibus, per Dei gratiam solenniter benedicitur, totus ille in eo sacerdoce perficitur, eoma nobili, barba venerabili deposita et Deo consecrata, veste Apostolica instar Crucis induitur; extendensque manus suas et ducendus quo non velit, ab alio præcingitur: cumque abnegat esse suus, Benedicte Pater, tuus; immo tuus totus, sancte Deus, efficitur.

24 His ita digestis, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, Willermus Dei famulus, et modo in aliud rūm mutatus, adnumeratus et adsignatus Jesu Christi discipulis, subito immutatus, veraciter alteratus, cœpit novus miles haberi, et alter a se ipso modis omnibus videri. Neque enim erat ipse, in quo, quod olim fuerat, jam ipsum non erat esse: sic denique novus homo veterem exuerat, ut nec signa remansissent ejus

g
ecclesia do-
naria con-
fert:

h

E

in Monachum
suscipitur.

i

l

A ejus qui olim fuerat. Qui enim solebat paulo ante in palatiis degere, auro radiantibus ac depictis in sinopide; cœnacula perornata, triclinia constrata cum gloria possidere; præcelsa propugnaula vel summas arces tenere: hic modo allectus in domo Domini elegerat habitare, et in angulo claustrum ultimus et cunctis vilior diligebat latitare. Ipse quoque qui etiam paulo ante noverat leges dare, populum informare, indoctos docere, doctos magis promovere; quique servis innumeris et familiæ multæ nimis dignus fuerat præesse, et meruerat prodesse, et tamquam Rex circumstante exercitu stare medius, paterfamilias esse; hic modo docebatur sine indignatione, in omni patientia, sine murmuratione, a quibuslibet personis, a pueris etiam et ætatis junioris. Docebatur, nec confundebatur; corripiebatur, sed non irascebatur; interdum cæsus et injuriis læsus, neque resistebat, neque conminabatur. Gaudebat plane esse in subjectione, et delectabatur in omni abjectione, volens esse subditus propter Deum omni humanæ creaturæ, paratus cunctis servire, obsequi et obedire, proficiens quotidie in sanctitate et religione et in omni sanctæ Regulæ observatione, sicut aurum in camino mirabili coctione.

B 25 Nunc ergo necessarium videtur et ad rem pertinere, aliqua de multis quæ ipse postea in monasterio fecerit referre. Nondum enim monasterium ad perfectum ex tuto perduxerat: sed postea in habitu sanctæ Religionis, adjvantibus eum filiis suis, Bernardo n scilicet et Gaucelino, quos Comitatibus præfecerat suis, Comitibusque vicinis, perfecit sicut cœperat. Difficilis ergo ad jam dictum monasterium pro asperitate montium ingressus erat: sed ipse Dei servus, jam Monachus, argumento incisa rupe, cum malleis et securibas et diversis ferramentorum generibus, junctisque firmiter et diligenter ferro et plumbo lapidibus, jactatoque fundamento secus flumen Arauris, viam altius sustulit, quantum potuit direxit, et monti conjunxit. Item pro ejus amore et petente eo, o Ludovicus Caroli filius, Rex Aquitaniæ, cum omni bonitate de fisci sui jure dedit monasterio cum præcepto suo, annuli sui auctoritate firmato. Fecit quoque B. Willelmus circa monasterium vineta et oliveta plantari, hortos plurimos constitui; ipsam vallem, destructis arboribus infructuosis, fructiferis pomeriis melius complantari. Hujusmodi vero opera, quæ erant loco valde necessaria, non solum per alios faciebat, sed etiam in ipsis laboribus, pro Dei amore C ac vera humilitate et religione, semetipsum exercebat.

ANNOTATA.

a Apud Mabilionem solum erat, ut modo mihi et unum concedas.

b Fortunatus, Græco fortasse nomine Macarius, quem in prima legatione ad Carolum Magnum, per Diaconum eidem Reliquias ligni Passionis transmisso, legitur in MSS. expositis in uostro tractatu de Patriarchis Hierosolymitanis, editio ante Tomum 3 hujus mensis Maii, num. 9.

c Zacharias Presbyter de Palatio a Carolo Imp. missus fuerat Hierosolymam.

d Horum alter erat de monte Oliveti, alter de Bethleem qui benedictionis causa claves sepulcri Domini ac loci Calvariæ, clavem etiam civitatis cum vexillo detulerunt, Eos autem Rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, et mense Aprilis remuneratos absolvit anno 801. Ita dictum MS. Eudem fere habentur sed brevius in Annalibus Eginhardi sive Laurishamensis, et paucis mutatis apud

Monachum Ecclismensem in Vita Caroli Magni: et D hæc secunda Legatio in hisce Actis, non satis est a ex MSS. priore distincta.

e Brivas eu Brivate nunc est oppidum amplum Arvernæ ad Elaverem fluvium: et observat Mabilio, ibi olim memoriam Willelmi celebratam: Certe Cunebertus, inquit, ejusdem Ecclesiæ Præpositus, in litteris primariis cellæ Cantogilensis, eam ideo a se constructam dicit, ut sit hæc oblatio pro nostra congregatione, tam vivorum quam etiam mortuorum, tum etiam pro anima Willelmi Ducis atque nepotum ejus Willelmi et Alfsredi. Quo in loco existimat desigurari S. Willelmum, cuius nepos fuit Willenus Bernardi filius.

f Colitur S. Julianus, Briutensis Martyr sub Diocletiano, 28 Augusti: cuius agonem et miracula descripsit Gregorius Turonensis lib. 2 de Gloria Martyrum cap. 29.

g Ea pars Crucis, argento deaurato inclusa, etiamnum in Gellenensi monasterio hanoratur.

b Reliquæ arcæ permistim inclusæ sunt anno 1568, quando per Calvinistarum incursionem dissipata fuisse suppellectilem indicant Mabilio et Plautius supra relatus.

i Auditorii nomine, non Locutorii (ut vulgo appellant) sed Capituli locum hic intelligi, Mabilio censet.

l In hac Willelmi benedictione quædam veniunt observanda. Primo, eum in ipsi tirocinii monastici initio vestes religiosas accepisse, quod post annuam dumtaxat probationem faciendum præscribit sanetus Benedictus in Regulæ cap. 38, idque servandum statuant Patres Synodi Aquisgranensis cap. 34. Deinde Willelmo barbam, nedum cæsariem, detonsam fuisse, quod in Monachorum susceptione fieri solitum docet nos vetus Cæremoniale monasterii Anianensis. Præterea, barbam ejus et capillos Deo consecratos fuisse. Huc spectat Aurelianus Episcopus in Regulæ cap. 4. Si quis laicus tonsurandus est, de capillis illius in Confessionem mittatur, quæ ei in testimonio sit. Id etiam a Paganis actatum docet Plutarchus. Lege Notas Goaris in Euchologion Græcorum pag. 377 et Angeli de Nace in Chronicu Casinensis lib. 1. cap. 46. Postremo vestem illam Apostolicam, quæ instar Crucis facta dicitur, esse Scapulare, ut probat Menardus noster in Concordia Regularum caput 62. de Willelmi Scapulari infra num. 29. Hactenus Mabilio.

m Sinoplis seu Sinoplum color viridis, in tessellis armariis nominatissimus, nomen traxit a Sinope urbe Paplagoniz, medio xvo Sinopoli dicta, unde affertur, F et quidem duplicitis generis. De hoc colore vide nostrum Claudium Franciscum Menestrier in Origine Armariorum pag. 338.

n Uterque in litteris dotationis monasterii inferioris relatis nominatur Bernardus et Gotcelmus, male aliis Guillelmus, unde occasio nata est distinguendi Guillelmum a Gotcelmo, seu (ut alii mendose scribunt) Goteelino, quasi hi duo fuerint Willelmi filii. Bernardus iste, paternæ dignitatis heres, cæsus anno DCCXLIV, præter Willelmum, filium habuit cognominem, a quo utroque distinguendus est alias Bernardus, itidem Tolosæ Comes post Raymundum patrem, is cuius Placitum pro monasterio Casarione seu S. Tiberii alias referemus. Hæc idem Mabilio.

o Ipsu[m] Ludovici Regis diploma infra damus.

CAPUT III.

Humillima ministeria a Sancto exercita: pius obitus.

P ræterea crebro veniens coram Abbatे et Fratribus

*Ex MSS.
Humilitati
studet ardenc-
tius.*

Ps. 72,23 et 24.

A tribus, eorum humiliter provolvebatur genibus, petens et persuadens nunguis obsecrationibus, ut concedatur ei et consentiatur pro misericordia Dei amplius adhuc alijici, amplius humiliari, vilissimum fieri, et contemptui haberi: nulli ultra foret in memoria illa quam reliquerat dignitas et gloria; nemini Willelmi nomen esset in reverentia; sed in illa Congregatione sanctissima haberetur purgamentum cunctorum, omniumque peripsema. Item postulat magna precum instantia, ut si qua sunt in monasterio officia, quae aliis quibusdam habeantur indigna, vel quasi in honesta seu indecentia, sint forte levia sive difficilia; haec sibi in Christi nomine injungantur providenda, et bono animo bonaque conscientia pro viribus adimplenda. Hinc ad Fratres se convertens, eisque secreto vel in confessione loquens, deprecabatur eos dicens, ut omnes atque singuli pro servo illo utantur, et quasi uni ex mercenariis ita oī imperare, et sua quisque opera injungere minime reverentur. Vult esse ut iumentum, et tamquam pullus asini portare Fratrum onera in illa domo Domini, juxta illud Psalmistæ, in persona animæ sanctæ ad obedientiam promptæ;

B Ut iumentum factus sum apud te; et, Deduxisti me in tua voluntate. Re enim vera visus est sœpissime pro summa humilitate asellum humilem vilenque sedere messis tempore, et flascones vini Fratribus ad reficiendum deferre. O quam mirabilis Deus! qualis mutatio dexteræ illius! o qualis de quali effectus est hic servus ejus B. Willelmus! quantum mutatus, quantum humiliatus! Qui enim quondam decentissime utebatur equis mirabilibus, electis et exquisitis de multis mundi partibus; cuius etiam servi numerosi et servi servorum ejus egnis ibant et curribus pretiosis et pluribus; hic modo non eruboscebat vili ascello gestari cum suis flasconibus! Neque vero his contentus, si quis Fratrum in officio vili et quasi contemptibili detineretur, in quo etiam quasi locus injuriæ vel contumelie videretur; hujus nimironum Frater Willelmus mox aderat vicarius, sublevator oneris, humiliis operarius, et omnibus indiscretæ unus hebdomadariorum.

C 27 Sortitur interea ad suam ipsius petitionem servitum coquinæ et administrationem, novum quippe quotidie renascenteque laborem: quem tamen multo majori amplectitur gaudio, propter Dei omnipotentis amorem, quam si olim, dum adhuc mundo viveret, sibi contigisset Regni gloriam obtinere vel Imperii honorem. Ecce enim Dominus Willelmus, de Consule cocus, de Duce magno inquilinus efficitur, ligna collo deferens, amphoras aquæ bajulans, ignem excutiens et ipse succendens: quique olim vixerat in deliciis præclaris inter discos et pateras mensæ Imperialis, quamplarimos habens coquinæ ministros; ipse modo cocus humulis et servitor fidelis, manibus propriis paropsides abluit, olera colligit, pulmenta condit, legumina infundit; et ipsa refectionis hora, nulla interveniente hora cuncta lante præparata, munda et purificata, manibus mundis et mundo corde, Fratribus anteponit, recumbentibus ministrat; ipse vero non recumbit, immo jejunia continuans lares foveat et custodit. Porro mensa peracta et lectione finita, servus servorum Dei cum omni diligentia vasa cuncta recognoscit ad se pertinentia, quæ iterum iota itemque dinumerata eidem opere et labori consignat sub custodia.

28 Præterea portanti hæc omnia, quasi nihil gravato vel parum onerato parumque humiliato, cura injungitur pistriñi, officium molendini. Additur opus operi, augetur onus oneri, labor accrescit labori. Adhuc quoque operarius ille Dei onus aliud postulat, et conceditur ei; cura scilicet

D præparandi clibani et calefaciendi, coquendos impouendi panes, coctosque extrahendi: quod tamen genus operis ante numquam attigerat, neque in hoc seculo in hujusmodi arte se unquam exercuerat. Igitur Willelmus pistor et clibani calefactor, servitor ipse coquince et pulmentorum ministrator, tanta vigilantia tantoque providentia administrabat omnia, ut jure in nulla argui posset obedientia. O quam imitator ministri illius cœlestis, qui assumpta servi forma in specie nostræ mortalitatis venit, non ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro multis, dicens discipulis suis: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.

Joa. 13, 15

*Clibanum ar-
dentem intrat
et purgat,*

29 Igitur quadam die viro Dei, intento orationi et saetae meditationi, res insolita contigit ei, sive per invidiam diaboli, qui bonis omnibus numquam cessat adversari; seu per dispensationem omnipotentis Dei, qui merita servi sui et virtutem obedientiae volebat palam fieri, jamque in lucem haberi. Nam panibus ad coquendum ex more præparatis, sed lignis ad clibanum calefaciendum iniussus præsto; cum jam hora officij sui tardare, hora vero refectionis Fratrum videretur propinquare ac fortiter festinare; Willelmus servus Domini, timens de negligencia argui, de inobedientia accusari et graviter judicari; concitus accurrit, atrium circuit, huc illicque discurrit, sarmenta congerit, stipulam colligit, et quidquid manus invenit: sive quocumque modo, quibusque potest fomentis, caminum fortiter ac velociter caletacit. Quo repente bene conflato et ad opus calefacto, cum jam necessario fornax evaporandus, pruniisque flamma vernantibus esset evanescandus, chalybe repurgandus, cineribus extergendus; item contigit cuncta usui huic armamenta minus adesse, nullumque penitus hujusmodi instrumentum ad id operis explendum illic reperiri posse. Cumque jam servum Dei tempus vehementer urgebat, cura argueret, hora Fratres reficiendi paulo minus præteriret, nil consilii, auxilii nihil ab homine inveniret; quid faceret? De celo citius requirit consilium, et ad divinum recurrit auxilium: nihilque cunctatus, invocato Christi nomine, factusque tutissimus sanctæ Crucis minime, fernacis intrat incendium, flamas extinguit, exuperat incendium, vaporem mitigat, rogum reddit innocuum: sive propriis manibus extra factis carbonibus, et scapulari illæso expositis cineribus, lares aptat et temperat intromittendis panibus; ipse quidem in corpore neque ullam sentiens læsionem, neque etiam in vestimento aliquam qualemcumque sustinens adustionem. Ille namque, ut credimus, qui in camino Babylonis cum tribus pueris quartus apparnit; huic quoque servo suo, in camino paupertatis et veræ humiliatis, Dei filius adsuit, qui flamas domuit, incendium prohibuit, ideoque nec flamma eum nocuit, nec in illum odor ignis prævaluit, juxta illud quod olim Dominus per Prophetam dixit: Puer meus noli timere, dum transieris per ignem, flamma te non nocebit, et odor ignis in te non erit. Unde et de clibano tam illæsus modis omnibus exivit, tamque indemnus, quam valens corpore quamque ueste incorrupta in eum intravit. Sicque panibus diligenter coctis et optime præparatis, copiños plenos deferens, venerabili Abbati et Fratribus ministravit.

*illæsis etiam
vestibus.*

Nec dubium id divina ideo gestum providentia, ut luce clarius fieret, revelante per ignem Spiritus sancti gratia, quanta apud eum esset servi Willelmi fides ignea, simplex obedientia, ardens humilitas: neve Fratribus esset ultra in graviori culpa laboris improbus et jugis' injuria, quam idem vir Dei et veracius hostia, diu sustinuerat eorum negligentia, mira innocentia, multaque patientia: idem ideo, ne gemma

*Coquinæ of-
ficia exequi-
tur,*

*pistrum et
molendinum
curat.*

Esa. 43, 2.

A gemma illa splendida tantaque lucerna arderet in absconso vel in angulo sola; sed potius de sub modo abstracta et altius elevata, cunctisque manifestata, lucheret in Ecclesia.

30 Ex tunc ergo vir inelitus, Deo volente cognitus, seque nolente proditus, summa veneratione in illa sancta congregazione est habitus: et reclamans, a predictis est officiis suspensus et omnino prohibitus. Igitur ab omni opere servili præcipitur abstinere, et conceditur ei pro libitu se habere, seque in Dei opere ad suum desiderium exercere, orationi et sanctæ meditationi vacare, Deo mente inhærente. Deputatar ei cella ad ipsius voluntatem, quæ omnem seculi despiciat vanitatem: de qua etiam cœlum videre, et ad siderei queat throni suspirare claritatem. Itaque exercitatus diutius in activa, incipit requiescere in vita speculativa: et post Marthæ servitium frequensque ministerium, delegatur cum Maria in perenni theoria. Dux autem vi mentis et spiritualibus oculis cœlestia contemplatur, quidquid est terrenum, seu vile, seu pretiosum, aesi abominationes Aegypti respicere deditur; carnis quoque naturam anima præminentem trans-

B eendens, angelicum quantum possibile est puritatem æmulatur. Unde et tamquam modo incipiens, et quasi novus operarius et recens ad opus Dei veniens, atque cum Apostolo quæ retro sunt obliuiscens, et in his quæ sunt ante se extendens, majori iterum se adjudicat districcioni, novæ poenitentiae ac novæ afflictioni, jugibus lacrymis, geminæ compunctioni. Cumque in eo ante per multam abstinentiam omnis titillatio omnisque fuerit voluptas emortua, caro contrita, sopita carnis vitia; modo tamen tanta iteruo jejunierum austernitate carnem mortificat, tantaque pertinacia, ut jure queat conqueri Agar, quæ est ancilla, de dominæ sue, quia nimum opprimitur, Saræ violentia. Ac vero rerum Pater, qui et naturæ imperat, et ipsa obtemperat; sic eum corroborat, sive amore reficit ac verbo vitæ satiat, ut neque famem sentiat, nec viribus deficiat. In virtute quoque orationis ac divinæ lectionis sanctus idem contemplator tantopere delectatur, quanto nullis officiis aut curis præoccupatur, adeo quidem ut non tam frequens quam continuos in hoc semper studio baheatur.

31 Abstinens itaque a cunctis corporis et carnis obiectamentis, et modo non custodito temperans ab alimentis, animam ipse reficit epulis mensæ cœlestis, et impinguare non cessat vivificis Sacramentis. Sacris altaribus hanc servat reverentiam, priusquam sumpturus eat Christi Eucharistiam, etiam si sit hiens aquas glacie perstringens, nix quoque fortis et ingens; tamen aquis personatur, vi algoris decoquitur: cuique munda sunt omnia, ipsa qua ablutor, mundior unda redditur. Neque vero tantum hoc faciebat, quando divina Mysteria sumpturus erat; sed etiam aliis multis vicibus et indiscretis noctibus tali lava:ro totum corpus infundebat. Qui post multam longaque refrigerationem de aquis egrediens, B. Michaelis a oratorium introiit, ibique anno perraro tectus tegmine pervigil in oratione inanebat, utroque genua flexo et nudo marmori affixo, pectus crebro percussiens, suspiria emitens, et multis lacrymis ora infundens. Habebat quoque in consuetudine coram saecularibus centies in die et centies in nocte genua sua flectere: et non solum pro sois, sed etiam pro peccatis omnium misericordiam Domini implorare. Praeterea recolens Agni occisionem, illas injurias, illam accusationem, alapas, sputa, flagella, omnemque derisionem, a Fratre familiari et amico singulari facit se in conclave pro Christo expophari, pro illo adjudicari, se judice condemnari; siveque cœdi virgis et aeriter

flagellari: inde mundior electro vitroque purior, sa- D
cro propinquat altari. Ergo semper cum lacrymis, EX MSS.
sacris adstat Mysteriis; et cum lactucis amaris, reficitur epulis Hostie salutaris. Hoc pane cœlesti pa-
scitur ad salutem, hoc potu spirituali vitam capit et
virtutem: anima nutritur ad immortalitatem, carnis
fragilitas non sentit debilitatem.

32 Porro inter haec egregia sanetaque exercitia, inter virtutum dona et sanctitatis studia, B. Willelmus spiritu prophetico donatur, ac divinis oraculis plurimum vita ejus dechiratur. Requiescit super eum spiritus Domini, et præsentia Dei futura suggerit, et quæ ventura sunt demunitat ei. Unde et sanctissimi obitus sui diem in spiritu longe ante præsevit, queri arcedente tempore non solum Abbati et Fratribus imminentem prædictum, verum etiam locis vicinis et monasteriis circumquaque positis vel protocoli constitutis scripto significavit, etiam et dilectissimo suo Domino Regi b Carolo nuntium delegavit; insuper vero, et quod signum fieret, quando ejus anima de corpore exiret, manifestissime indicavit. Igitur B. Willelmus, plenis sanctitate, gratia et veritate, consummatis obedientia ac vera humilitate, gaudens expectat diem vocationis sue: quo instante jam iamque præsente, iterum prædicet ipse horam suam advenisse. Mittit pro Abbatie, Fratres postulat adesse; quibus præsto factis, multum vero pro ejus exitu iratis superque contristatis, ipse dulcibus ac potentibus verbis persuadens, eis omnem prohibit inœorem, flectum mitigat, compescit dolorum: non esse quidem lugendos, qui per Christi fidem et confessionem ad beatam pertinent resurrectionem. Inde communens eos de vera religione, de fraterna pace puraqua dilectione, postulat se muniri divinis Sacramentis, illa scilicet, qua vivunt animæ, Christi Communione. Sieque Fratribus valedicens, et eis obitum suum committens; ipse quoque illos locumque dilectum commendans Deo, et in ianuam relinquens; attollit oculos manusque in oratione, et spiritus jam liber et ad migrandum paratus, totus elevatur in Dei contemplatione: siveque deposito carnis onere atque terrena mole, petit cœlestia cum exultatione, deducentibus Angelis alaceri et canora processione, dulci organo, suavi modulatione. Migravit igitur B. Willelmus ab hac luce feliciter c quinto Kalendas Junii, procedit gloriosus ad curiam Regis æterni, ut semper adsistat ante thronum Domini in conspectu Agni, ante faciem Filii Dei.

33 Ipsa autem hora sanctissimi ejus transitus, factus est repente per omnes circumquaque provincias, per omnes majores ac minores ecclesias, magnus valde et insolitus clangor signorum, et campanarum sonitus, longa pulsatio, mirabilis tintitus, nullis hominibus sunes trahentibus vel signa commoventibus, nisi sola virtute divina quæ supervenit cœlitus. Unde datur intelligi, quia amor et gratia omnipotentis Dei volebat revelare insolitis miraculis merita dilecti sui, ad laudem et gloriam nominis sui, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum, Amen.

ANNOTATA.

a Oratorium illud a Calvinistis seculo præcedenti destructum fuisse asserit Mabilio.

b Hinc certum est eum ante Carolum Magnum e vita hac decesse.

c Ergo saltem ante annum 814, quo Carolus Imp. mortuus est 28 Januarii, et annus circiter 812 a. Mabilione assignatus non displicet: atque ita recte dicitur annos septem in monachatu agisse Willelmus.

Spiritu propheticō obitus diem prænoscat.

b

Vaticano sumpto moritur,

Campaniæ cœdus pulsatis.

ab operibus
servilibus
absolutus,
contempla-
tioni vacat,

Phil. 3, 13
cum novo
fervore spi-
ritus

Eucharistiam
reverenter
sumit.

a

Passionem
Christi me-
ditatur.

A

APPENDIX.

Chartæ donationum monasterio factorum.

Charta
ipsius Wil-
letmi,

In nomine Domini. Ego Willelmus, gratia Dei Comes, recognoscens fragilitatis meæ casus humanæ, idcirco facinora mea imminentia, vel de parentibus meis qui defuncti sunt, id est genitore meo Theuderico et genitrici mea Aldana, et fratribus meis Thendoino et Adalelmo, et sororibus meis Albana et Bertana, et filiabus meis et filiis Parnardo, Witchario, Goteelmo, Helinebruchi; et uxoribus meis Cunegunde et Guiturge, et nepote meo Bertranno, pro nobis omnibus superius nominatis, dono ad monasterium quod dicitur Gellonis, situm in pago Ludovense juxta fluvium Araou, constitutum in honore Domini et Salvatoris nostri Jesu-Christi, et sancte Mariæ semper Virginis, et sancti Michaelis Archangeli, seu Apostolorum gloriosorum Petri et Pauli, nechon et sancti Andreæ omniumque Apostolorum, quod ego præsatus Comes Willelmus construere in causa Domini et Senioris mei Caroli jussi, et ex doctrina venerabilis Patris Benedicti Monachos et Abbatem posui, ut Domino Deo jugiter ibi deseruant, donatumque in perpetuum esse volo: hoc est res meas quae sunt in pago jam dicto Ludovense; in primis videlicet fiscum Litenis, eum ecclesiis sancti Joannis et b saneti Genesii sub omni integritate, cum villis et villaribus vineis et campis, cultis et incultis arboribus fructiferis et infructiferis pascuis, pratis, molendinis, piscatoriis, aquis et aquarum decursibus, quantumcumque ad ipsum fiscum et ad colonicas ipsius aspicere vel aspicere jure videtur; omnia dono, trado ad proprium perhabendum omni tempore. Habet vero has collationes et infractiones ab Oriente, et sicut currit flumen Araou; a meridie, sicut torrens Lacatis divergit in ipso flumine; ab Occidente in frontat in ipso Aviso, qui discurrit per concava montium in Bodena antiqua, quæ est in supercilio montis; ab Aquilone usque in termino monasterii. Similiter in Marcomitis villa, dono quantumcumque Deodatus Presbyter ibidem dato prelio comparavit, vel quantum ibidem a me possessum est. Similiter dono villam Saturatis cum ipsa ecclesia c sancti Saturnini cum omni integritate, cum casis, casaliciis, campis, vineis, pratis, silvis. d garicis, hortis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, quantumcumque ibidem visus sum habere vel possidere, culta et inculta, ad ipsam casam Dei dono ad habendum. Similiter dono in Canneto villa, quantumcumque ibi visus sum habere vel possidere. In pago quoque Magdalonense in villa Sorgia, quantumcumque ibidem visus sum habere vel possidere. In pago vero Albieno dono villam Nivitiacum seu Wiciacum, cum omni integritate sua vel cum omnibus adjacentiis suis. Similiter dono in pago Rutenico in villa Bracejalo mansos duos cum vineis et terris, cultis et incultis, quantum ad ipsos mansos aspicit et aspicere videtur. Ista omnia supra nominata ego Willelmus jam dictus Comes, pro me et pro predictis personis, dono et trado atque transundo ad jam dictum monasterium Gellonis, et altariis ibi Deo consecratis, et Monachis et Abbatibus tam præsentibus quam futuris, pro æterna remuneratione, ut Deum omnipotentem per omnia habere possimus propitium, et ut iudicem Monachi, [Deum] laudantes ibidem assidue habeant unde possint vivere. Si quis vero (quod futurum esse non credo) vel ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, seu qualibet persona contra hanc donationem meam, quam ego prompto animo vel plenissima voluntate facio, venire, interrumperem, aut aliquid disrumpere tentaveret.

a

B

b

c

de multis
sui juris
fundis,

d

C

17.11.11.

rit, non licet facere. Quod si præsumperit, D
Dei omnipotentiam exoro, ut ipsa ultionem su-
mat in eo: quia notum sit omnibus hominibus, hunc
honorem a me possessum, tam ex originali parte
quam etiam ex acquisitione, absque querimonia
ullius personæ. Facta est hæc donatio xix Kal. Ja-
nuarii fer. i, anno xxxiv regnante domino nostro
Charolo Rege Francorum et Longobardorum ac
Patricia Romanorum, et anno quarto Christo pro-
pitio Imperii ejus.

facta an.
804.

Signum Wilhelmi,	Signum Falcoaldi,
Signum Barnardi,	Signum Rangavi,
Signum Goteelmi,	Signum Nictardi,
Signum Domni,	Signum Mauringi.
Theuderici,	Signum Sibaldi,
Signum Jamardi;	Signum Guiraldi.

In nomine Domini ego Gallaris rogitus e scripsi. Anno iv Imperii convenit cum anno Christi occiv, quando annus Regni Francie xxxvii, Longobardie xxxi numerabatur, et dies xiv Decembri cedebat in Sabbatum. Multa erga hic concurrunt, quæ Chartam jubent habere suspectam: majorem autem consam sus-
pectandi reperiet quisquis eam conferet cum sequenti, style longe barbariori, qualis in Aquitanicis plerisque Cartis notatur, descripto, eodem anno eodemque fere die, et expressissimam faciente mentionem subjectionis ad monasterium Anianæ, indispensabiliter Gellonense mo-
nasterium ex sui fundatoris voluntate adstringentis (cu-
jus nec minimum quidem vestigium, ac ne mentio qui-
dem Benedicti Albatis, in priori Charta apparcat) vehe-
menterque cogetur dubitare, utrum rudior pleniorque, non
sit ipsam sola et originalis Willelmi charta: quam Mo-
nachi Gellonenses, an. MXXXX per Urbanum II exempti
o jurisdictione Anionensem, magis eleganter, sed mi-
nus integre rescribendam curaverint, ita atolever cipientes
omnem veteris subjectionis memoriam: sed frustra: cum
duplicata illius, sive exemplar alterum (nam ab isto
duplicandarum chartarum instituto natum est nomen
Diplomaticum) alibi servaretur, ac verosimiliter in mo-
nasterio Anianæ, licet forsitan minus solenne et subsi-
gnationibus destitutum. Nescio utrum animum luc
adverterit Mabilio, cogitaveritque quam non sit verosi-
milius, eodem loco ac fere die, et (quod consequens videtur)
eadem manu, eodem saltu rogante, scriptus esse
de eodem donatione duas tam diversi styli chartas, et in
re tam notabili tantique momenti discrepantes. Cum
autem pro sua religiosissima ac candidissima ingenui-
tate fassus ille fuerit, haud quaquam abs ratione motum
a me scrupulum hunc esse, non miretur de plurimi si-
milium chartarum sinceritate formidare nos, quibus de-
prehendimus Benedictinæ Regulæ mentionem importune
insertam, pro iis monasteriis, quæ utrum a prima sui
instiutione cam receperint, rationabiliter dubitamus. Sed
placet alterum illam, et ut nobis videtur magis since-
ram magisque integrum chartam legere, sicut eam no-
bis idem Mabilio offert.

ad obtiteran-
dum subiectio-
nem Gellonen-
sis monasterii

Ego in Dei nomine Willelmus, recognoscens fra-
gilitatis meæ casus humanum, idcirco facinora mea
minuanda vel de parentes meos qui defuncti sunt, id
est genitore meo Teuderico et genitrici mea Aldane,
et fratres meos Teodoino et Theodorico et Ada-
lelmo, et sorores meas Abane et Bertane, et filios
meos et filias Witcario et Hildehelmo et Helinbruch;
uxores meas Witburg et Cunegunde, pro nos om-
nibus superius nominatos, dono ad sacrosanctæ ba-
silicæ, quæ est costructa in honore sancto Salva-
tore et sanctæ Mariæ semper Virginis, seu sancti
Petri et sancti Pauli, et sancti Andreæ et sancti
Michaelis vel omnium Apostolorum, in illa cella
Gellonis, quem ego superius nominatus Willelmus
per consilium domini Abbatis Benedicti, seu cum suo
adjutorio ædificavi, quem ipse dominus Benedictus
Abba regere videtur; donatumque in perpetuum
esse

qua illud
Anianensi
subject Petri
Fundator suus

A esse volo, hoc est res meas quae sunt in pago Lutwense, id est Litenis villa, f etc. Ista omnia superius nominata pro nos supra dictos ad ipsa casa Dei vel ad suos Rectores dono, trado, atque transundo ab hodierno die ad ipsa casa Dei, dummodo si ipsa cella subjecta est ad Aniana monasterio, sicut hodie esse videtur, ipsa casa Dei vel sui Rectores habeant, tenent atque possideant. Nam si aliquis homo propter malam cupiditatem aut iniquum ingenium ipsa cella separaverit de Aniana monasterio, tunc ipsas res superius nominatas volemus eas esse donatas pro nos omnibus superius nominatos ad Aniana monasterio, ad ipsas casas Dei sancte Marie et sancti Salvatoris. Nam dum ipsa cella subjecta est ad Aniana monasterio, sicut superius diximus, precamus ut ipse Abbas de Aniana benigniter atque misericorditer regat ipsa cella Gellonis seu Fratres ibidem morantes : et quod ibidem minus habuerit de stipendia, in ista paritate quod ego in ipsa cella donavi, ille propter Deum alhunde adjuvet et suveniat, sicut decet Abbatem suos benevolo animo regere : nam non admittet de ipsa paritate ad ipsos Fratres, dummodo ipsa cella subjecta fuerit ad Aniana monasterio, sicut superius diximus. Si quis vero (quod saterim esse non credo) si ego ipse aut aliquis de heredibus meis; vel quislibet persona, qui contra hanc donationem meam, quan ego prompto animo vel plenissima voluntate fieri rogavi, venire aut agere tentaverit, si ille sine peccato est, forsitan potest nostra torum peccata, portare. Nam si ille jam peccavit, puto se gravare sua, et nostra sustinere velit. et pro utriusque rationem reddere : quia nos Deo juvante per istam donationem speramus aliquid de nostra minuari peccata. Et insuper non valeat vindicare quod repetit, sed inferat ad fisco auri libra I : et haec donatio mea firma permaneat omni tempore. Facta donatione xviii Kl. Januarii, anno xxxiv * regnante domino nostro Karolo Rege Francorum et Langobardorum ac Patricio Romanorum, et anno iv Christo proprio Imperio ejus.

Porro collatis inter se quas præmisimus chartis, consideret Lector, utrum sequentem illius confirmatoriam velit admittere, ut minime suspectabilem, in eo quod nullam faciat Anianensem mentionem.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Ludovicus divina ordinante providentia Rex serenissimus Aquitaniae. Quoniam cogitandum nobis est, qualiter æterni Regis amorem obsidente peccatorum pondere amittere non possumus, locis insistentibus divinis cultibus placuit largiri propter regnum æternum Salvatoris nostri, ejusque inibi sibi famulatibus beneficia opportuna; quatenus ab illo remunerati, gaudio sine finem reainur perfrui. Ideo notum esse volumus omnibus Fidelibus, præsentibus et futuris, quod petente domino Guillelmo monacho, qui in ausa genitoris nostri Karoli Augusti Comes exstitit clarissimus, sed pro Dei amore meliorem exercens vitam studuit esse pauper recusando sublimia; ob irrevocabilem vero suæ dilectionis circa nos fidelitatem, petitioni ejus præbentes assensum; placuit nobis, tam pro mercedis nostræ augmentatione, quam pro amore ejus, ad monasterium, quod dicitur Gelloni, situm in pago Lutovense juxta fluviam Araur, subitus castrum Virduni, sacratum in honore Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi. et sancte Marie sanctique Michaelis, ac sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et sancti Aodreæ omniumque Apostolorum, constructum a jam dicto Comite Guillelmo in causa nostri genitoris, ubi Juliosredus Rector et Abbas præesse videtur, aliquid ex rebus tradere nostris, id est fiscum quemdam nostrum in pago Bitterense qui dicitur Miliacus, cum villa et ecclesia sancti Parargorii g, et Miliciano villa at-

que Campaniano, cum omnibus appendiciis et adjacentiis suis sub omni integritate, sicut a Misso nostro Comite Gotcelmo, per craves in lapidibus sculptas, seu decursus aquarum in terminacionibus traditum et assignatum est, a genitore nostro et a nobis possessum. Et in pago jam dicto Ludovense locum qui dicitur Gastrias, vulgare autem Castra-pastura, ad pecora eorum alenda, cum ecclesia sancti Martini eum terminis et adjacentiis suis, cum omni integritate ad diversos usus eorum. Et in eodem pago villam quæ dicitur Magarantiatis cum ecclesia sancti Felicis, cum omnibus appendiciis et adjacentiis suis. Honorem vero illum quem dominus Guillelmus seu alij fideles per instrumenta chartarum prefato monasterio tradiderunt, in quibuscumque locis sit, quaque etiam deinceps in jure ipsius sancti loci per nos aut per alios voluerit divina pietas augeri, totum nos pro æterna renumeratione prædicto monasterio concedimus, ut perpetuis temporibus in alimonia pauperum et stipendia monachorum ibidem Deo famulantum proficiat in augmentum. Haec omnia præscripta eum ecclesiis, villis, villaribus, domibus, E edificiis, campis, terris, vineis, olivetis, silvis, garrieis, pratibus, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, pervulis exitibus et regressibus, cultis et incultis, cum omnibus adjacentiis earum, totum et integrum prædicto monasterio Gellonensi per hanc donationis auctoritatem perpetualiter concedimus ad habendum: ita videlicet ut quidquid ab hodierno die et tempore de prædictis rebus facere vel ordinare, vel etiam disponere habitatores hujus loci voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendo.

Godolenus Notarios ad vicem Guigonis recognovit.

Data in hoc præceptum v Kl. Januarii, Indictione x, anno h xxvi domini Ludovici regni, Tolosæ publice: Karoli vero Imperii i viii. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente valeat inconcussa manere, manu propria subscrisimus, et annuli nostri impressione signari jasimus, in Dei nomine feliciter. Amen.

Signum domini Ludovici clementissimi Regis h.

ANNOTATA.

a Heribertus, Bernardi frater, lumine ocoloram malctatus anno 830; et Gerberga, filia quondam Wilhelmi Comitis, tamquam venetica anno 834 aquis præfocata, referuntur in Vita Ludovici Pii et censentur ab hoc S. Willetao prognati; ut etiam Berta, nupta Pippino, Caroli Magni filio et Aquitanæ Regi, quod aliis accurati discutiendum relinquimus.

b S. Genesius, Martyr Arlatensis, colitur 25 Augusti.

c Hic est S. Saturninus, Episcopus Tolosæ, coronatus 29 Novembris.

d Garricæ, Francis Garriges, sunt terræ incultæ, forte a Teutonico Gare filii unde Garich filiosus, filibus absitus juxta illud Virgilii:

Neglectis orenda filii innascitar agris.

e Rogire pro rogare dixit medice xstatis stylus Notarialis, unde et instrumentum a Notariis scriptum ab Italis hodieque appellatur Rogito: sed vehementer dubito utrum hæc formula Notarialis tam sit antiqua quam prætenditur.

f Superfluum, credo, Mabilio censuit, iterum annumerare fundos singulos in superiori charta nitidius expressos: si tamen fecisset, Lectorem, jam scrupulo prædicto tactum, certiore ea fecisset, non alios nec plures quam prima donatio continebat priori, sicut diximus,

reformatæ

Diploma Ludo-
vici Regis,

dona'iones a
willermo
alioque mo-
nasterio fa-
cias a'gentis,

g

D
EX MSS.
el confirmans.

h
i

k

F

EX MSS.

A reformatæ chartæ fuisse inscriptos, quod in tali casu satis familiare fuisse Monachis, chartularia sua transribentibus, alibi observavimus.

g Est quidam Martyr Paragorius, in Corsica passus, et colitur Naulii in Liguria 7 Septenbris; Est et Paregorius Martyr Putare in Lycia: cuius Acta ex MS. Graeco destinus 18 Februarii.

h Anno 782 Pippinus et Ludovicus, duo filii Caroli Mayni, Romæ ab Hadriano Papa in Reges uncti sunt, Pippinus in Italianum, Ludovicus in Aquitaniam uti habent Annales Francorum.

i Vercor ne verba hæc Karoli vero Imperii vni addita transcripta sint: quia puto non ita neglectim in diplomatis filii appellandum fuisse patrem, et quidem adhuc riventem.

k Extat in tabulario Gellonensi confirmatio istius pracepti a Ludovico VII Francorum Rege cum aliqua accessione facta, cuius hæc clausula: Actum publice Silviniaci, præsente in eadem villa Domino Papa Alexandro, anno incarnationis Verbi MCLXII, regni nostri xxvi, adstantibus in Palatio nostro quorum apposita sunt nomina et signa.

Signum Blesensium Comitis Theobaldi Dapiferi nostri.

B Signum Guidonis Botienciarii.

Signum Matthæi Camerarii.

Data per manus Hugonis Cancellarii et Episcopi Suessionensis.

HISTORIA MIRACULORUM

Ex MSS. Gellonensis monasterii, et editione Mabilionis.

Post sanctissimum igitur B. Willelmi transitum, placuit gratia divina super Gellonense monasterium manifestius ostendere sui amoris respectum, tam propter ipsius dilecti sui meritum, quam evidentissime propter illud Lignum sanctissimum Dominicum, quod idem vir Dei, Carelo donante, illuc detiderat secum, cœpit enim illud Christi vexillum et admirabile signum, omni virtute et deitate plenum, in eodem loco miraculose coruscare, locum irradiare, ægros multos sanare, afflictos liberare, dæmones vero fortiter et potenter effugare, ex quibus aliqua dignum duximus, ad sanctæ Crucis gloriam, breviter retractare, seribere utcumque, magnifice; prædicare a.

CAPUT I.

Miracula Crucis a S. Willelmo allata, dæmones effugati.

Est namque non longe ab eodem monasterio fluvius, vocabulo Auraris b dictus, magno impetu de montibus descendens, ubi navis, cum qua monasterium expetentes flumenque transire volentes necessario transvehi eportebat. Hunc itaque fluvium dæmon Deo permittente possidebat, multos ibidem demergens demersosque perdens, modo singulos, modo plures aquos imprimeus et absorbens: saepè enim ipsam navem, rebus perditis, hominibus suffocatis, repente submergebat. Homines autem loci illius, hoc scandalum non ferentes, S. Guillelmum expetunt, et specialiter postolant ligni Dominicæ singulare præsidium, per quod sciunt diabolum esse victimum. Orant cum lacrymis, fortes in fide; fit petitio populi, ut Lignum deferatur. Desertorad amnem, bajulante illud Abbate dicti monasterii, cum choris psallentium Monachorum et Cleri. Conveniunt roulti venerabiles viri, virtutem Domini contra fraudes diaboli videre cupientes. Mox namque ut Li-

gnum in littore apparuit, phantasma diabolicum, D vim sanctæ Crucis non sustinens, relicto flumine, sicut fumus evanuit; nec ibidem ulterius draco ille visus, nec inventus fuit.

2 Monachi ejusdam monasterii de Francia, zelo ducti et avaritia, propter dona et oblationes quæ siebant in monasterio c Gellonensi, ob reverentiam et devotionem illius pretiosissimi Ligni; consilium inierunt, ut, si aliter non possent, furto raperent, et ad suum monasterium tranferrent; sic quæstus multiplicitis oblationis ad eos consequenter pervenient. Eliguntur igitur duo de pluribus, non Monachi, sed dæmoniaci; non Fratres, sed sores; atque ad Gellonense monasterium diriguntur, dolis armati, compositi mendaciis inultis. Juxta templi vestibulum ejusdam subintrant hospitium, peregrinos se dicunt, aegritudinem simulant, causa recuperandæ salutis ac venia. Ad lignum Dominicum beatumque Willelmu se venisse mentiuntur; tamdui se velle in illo loco manere, et in ecclesia ante sanctum altare excubare, quousque misericordiam promereantur, virtutem quoque Crucis per B. Willelmi meritum in se ipsis experiantur. Itaque Prior monasterii et Fratres, verbis illorum nimium creduli, circa eos exhibent humanitatem; concedunt claustrum et ecclesiam frequentare; vigilare ad eorum voluntatem. Illi vero e contra, iniqua cogitatione edocti, ecclesiam frequentant die, simulantes orationem sine devotione: nocte vero vigilantes procepsqne multiplicantes sine compunctione, locum illum in quo Dominicum lignum custodiebatur, observant; notatoque loco ad artes diabolicas se committunt; præparant instrumenta ad invadendum sanctum thesaorom. Sicque una nocte, vigilias consuetas simulantes, cum cereis non paucis, ecclesiam sancti Wilelmi intrant; venerabili altari Dei, timore postposito, appropinquant: arcain in qua thesaurum existimant, irreverenter invadent; et arte pesima absque clavibus reserata, atque sine sonitu aperta, cum thesauro sanctissimo, nulle sentiente, templum subito egrediuntur, et fugere cupiunt: sed Dei virtute nullatenus effugere queunt. Nam de terminis monasterii nulla unquam parte, nulloque conamine exire possunt, circumeuntes ut ebrit, et in sua eadem vestigia redeuntes.

3 Jam vero incipiente aurora diei, cum perverbis ad locum, qui dicitur Ad Crucem; cognoscunt se per virtutem gloriosæ Crucis ligni Dominicæ fixos immobilesque teneri, et ab apparitoribus B. Willelmi nihilominus comprehendi, et ad suspedium trahi: videntes etiam sua vestigia impressa nivi, quæ nocte illa miraculose per limum per Dei providentiam ceciderat, nec locum habent fugiendi, nec consilium evadendi. Perterriti atque desperati, et mirabiliter coacti, lignum Dominicum, quod furati fuerant, de pera extrahunt, soloque depositum sub condensa nive altius abscondunt; moxque virtutem Ligni, quam per viadictam incesserant, per Dei clementiam sentiunt et recognoscunt. Nam, gressu repente recuperato, vires resumunt. Deo permittente liberi recedunt. Interea venit hora, quando vigilis oratores B. Willelmi, expleta matutinali Missa, illo benedicto Ligno populis more solito a Sacerdote petent benedictionem [dari]. Cumque Sacerdos cum ministris ad venerabilem thecam processisset, ut inde ipsum Lignum afferrent, et seris reseratis apertisque illud non invenissent; quantus et qualis clamor, quantusque dolor populum ac Monachos subito invasit, cogitari quidem potest, sed exprimi sufficienter non potest. Quæsitis igitur illis Monachis peregrinis et minime inventis, curritar post eos, investigatione nivis cœlitus emissæ, vestigia fugientium declarantis et clarus designans;

aferre ne-
quunt extra
terminos mo-
nasterii:

Idque sub
nive miraculo
attapsa abs-
condunt:
F

S. Crucis Ligno fugatur
dæmon navi-
gantibus in-
festus;

A tis. Nam cum pervenissent ad locum, in quo fures turbati et subnervati subsisterant, et Lignum reliquerant: vident sub nive quasi columnam fumi suavititer vaporantis consurgere atque descendere in subline. Accedunt omnes pariter ad columnam; Lignum, quod querunt, sub nive inveniunt cum magno gaudio: pro Abbatे mittunt, et inde ipsum reverenter tollunt, atque ad monasterium B. Willelmi portare non differunt, cum hymnis et canticis et gloria inenarrabili; ad honorem et gloriam nominis Christi, et laudem B. Willelmi, et devotionem populi Christiani. *d*

4 Quidam Deodatus, homo Italicus, pervasus a dæmone, per multum temporis horrendum debacebatur, et a suo pervasore sine cessatione crudeliter vexabatur: traditus quippe satanæ in integrum carnis et animæ, nullam omnino habebat quietem; sed in tormentis, quibus arreptitii atque dæmoniaci torquentur, noctem omnem continuabat et diem; ut nulli dubium foret, quin illas quæ in inferno debentur pœnas ac dæmonum iras jam apud superos sustineret. Dabat clamores subito vocibus incompositis, horisque omnibus et momentis tormentorum ipse suorum præco erat et testis: cui

B parentes ejus debita pietate nimium compatientes, eique remedium de cœlo, quod de terra non poterant, expetere cupientes; per multa illum Sanctorum loca, perque multas provincias deduxerunt, ubi nimirum sacras vigilias frequentantes, preces suas pro eo cum lacrymis obtulerunt, sed exaudiri velint nusquam promernerunt; nec miseri curationem, quæ ei alias per elementiam divinam debebatur, a Sanctis obtinuerunt. Cumque jam paulominus desperarent, tantoque viarum atque laboris tædio deficientes cessare a modo, nec frustra deinceps vagari deliberarent; audiunt, disponente Deo, de B. Willelmi meritis et virtutibus, quautumque sit miserorum efficax exauditor et effugator spirituum immundorum. Unde resumentes spei fideique constantiam, et confirmantes in misero illo caritatem et gratiam, diligentius requirunt iter ad Gellonense territorium, et ad B. Willelmi, de quo audierant, monasterium. Venientes autem ad locum templumque ingressi, accedunt supplices ad altare sancti Salvatoris; sumque captivum præsentant ante corpus sanctissimi Confessoris, cum suo dæmone et cum suis loris, non sine lacrymis ac vocibus inueniosis. Causa doloris a nullo interrogatur, quia patet omnibus ex eo qui debacebatur.

5 Accedit Abbas cum omni Congregatione, factaque ab omnibus communi oratione, adjurant cum potentibus exorcismis Christique nominis invocatione, ut cessest jam a miseri illius vexatione, et exeat ab illo sine dilatione. Ille vero coactus respondere: Expectate, inquit, paulisper, et nolite festinare: stare meum vel exire non est ita in vestra auctoritate, sed magis in aliis, quem vos forte non cernitis, virtute ac potestate; nunquid enim non videtis Monachum Willelmum, contra me vehementer iratum, et coram Deo prostratum, quomodo me confundit et premit, et exire compellit? Cujus quippe violentiam quia ferre non valeo, velim nolim egredi; et ecce jam nunc exeo. Vos vero ne curetis me deinceps adjurare; neque multum propter me amplius laborare. Servi vero Domini, non acquiescentes ei, ad auxilium miseri terroremque dæmonum, deferunt lignum Domini, ut sanctæ Crucis virtute et gloria apparente, et B. Willelmo precibus insistente, miser citius salvaretur dæmonio fugiente. Quod dæmon videns et invidens, ac vehementer indignans, cœpit frenere, rugire, et cum multo ululatu clamare, dicens: O Monachi perversi! o superstitionis, et in cunctis superflui! Numquid Monachus

Willelmus, sicut cœperam vobis dicere, precum D suarum ac meritorum virtute non poterat me ipse *ex mss.* solus expellere, nisi insuper vos modo deferatis contra me lignum terribile, vexillum formidabile; quod dæmonum nullus pro Crucifixi nomine audet videre, nec prævalet sustinere? O nunc, quoniam ex omni parte patior violentiam, et saltem loquendi et rationem reddendi non habeo licentiam, haud dubium quod modo recedam. Lignum non prestolabor: Willermum Monachum qui me compellit, fugiam: dimittam hereditatem meam, perdam possessionem meam: verum etiam dico vobis, quod recedens damnum vobis inferam, et injuriam sustinens injuriarum faciam.

6 His dictis continebit, et statim invisibiliter ab homine illo, quem diu possederat diuque vexaverat, exiens; per fenestram vitream, satis decoram satisque speciosam, prorumpit, eamque in momento totam communis; nec minus quam et scilicet argenteam, ad templi laquearia suspensam, eodem impetu eodemque momento, concusset et elisit: quoniam B. Willelmus illuc secum detulerat, et cum multis aliis præclaris donariis ad laudem Dei obtulerat, quæ per singulas horas opus Dei prima denuntiabat, et vocis sue clarissimæ melodia aures audientium ac mentes demulcendo excitabat. Hoc E damnum hostis ille, sicut prædixerat, ecclesie intulit: quod quidem ecclesia non doluit, sed gratissimum habuit, quia per hoc ipsum ipse sibi testis extitit et testimonium nobis æternum reliquit, quoniam ad preces B. Willelmi et ante præsentiam glorioissimi Ligni latro ille stare non potuit; sed relieto vase quod diu polluerat, prædaque perdita quam male possederat, gemens ad inferos atque confusus abscessit. Homo vero ille liber a dæmone in pavimentum ruens obdormivit; somnoque refectus et expergefactus, ac mente et corpore sanissimus apparenſ, super pedes suos stetit: et quas novit ac potuit gratias Deo reddidit, totusque pro eo chorus ac conventus Ecclesiae laudes Divinitati diutius insonuit. Postea vero, sumpto cibo ac stomacho confortato, Abbat quoque et Fratribus vale facto, ad partes Italæ rediit; terramque sue nativitatis, gaudium suis facturus, repetit; et quid ipse in seipso de B. Willelmo sanctoque ligno Christi expertus sit, nec silere potuit nec siluit. Sicque faetum est, ut qui adductus venerat et tractus manibus alienis, plenus dæmone vinctusque catenis; ipse medo phantasmatæ liber, vinculisque solitus, sana mente recederet; dñctoresque suos, dux ipse agminis et dux itineris, ad propria reduceret.

7 A Finibus terræ f (provincia scilicet quæ sic dicitur, eo quod magno mari Oceano terminata et clausa, quod numquam ibi quolibet modo pertransitur, finem terra facere videtur) quædam dæmoniaca ad Gellonense monasterium est adducta, nomine Benedicta; sic quidem erat dicta, verumtamen in re uonita, quandoquidem ab Spiritu sancto derelicta, ac spiritui nequam ad puniendum tradita, omni benedictione divina et gratia erat indigna. Hæc itaque misera, dæmone plena et miserabiliter furiosa, ab amicis carnalibus de terra tam longinqua ad B. Willelmi clementiam longa et laboriosa peregrinatione est perducta; et in ejus ecclesiam, ipso scilicet multum invito et prorsus ingrato dæmone, introducta. Cumque cœpisset ex more arripi ac vehementer furere, mira dicere, stupenda quoque faceare; cœperunt nihilominus plurimi conveire, cupidi et furiosam videre, et qui in ea loquebatur verba dæmonis audire. Adest ergo vulgi non parva frequentia, tota villa concurrit, completur ecclesia. Illis forte diebus S. Fulcrannus g Lutensis Episcopus illuc advenerat, qui et ipso gratia cura-

*ubi columna
fumi indi-
dicante repe-
ritur.*

*Energyumenus
Italus,*

*post varios
Sanctos frus-
tra imploratos*

*Gellonem ad-
dubitus;*

*dæmone faten-
te se per Bea-
tum pelli,*

*nec Crucem
adferenda ex-
pectaturum,*

*signumque
egressus sut-
dante,*

*liberatus re-
vertitur.*

*f
Energumenæ
ex Galicia,*

EX MSS.
presente S.
Fuleranno Ep.
exorcizata

nec adjuta,

tandem tamen
liberatur.

k
Alia sic ab-
soluta

ibidem fit
Sanctimonia-
lis.

A tionem et virtute miraculorum opinatissimus erat. Hic nimirum ipsa hora, qua praedicta illa ingressa est ecclesiam, coram ligno Domini prope tumulum B. Willelmi solo prostratus jacebat, cœlum (nt credimus) precibus pulsans ac sidera mente transcendens. Audito autem tumultu, causaque cito cognita; ille Dei servos, pietate motus atque misericordia, nequaquam surgit a terra, sed oratione qua totus inhiabat paulisper intermissa; orare specialiter ac proprie incipit pro illa misera, pro illa demoniosa. Accito præterea Geraldus h. Patre monasterii totaque pariter Congregatione, postulat eos socios sibi fieri in oratione. Est itaque diu orationem commenionum devotione: at vero non sunt exauditi in hae petitione; quia neque illa est energumena curata, neque furor dæmonis conquievit eorum intercessione: quin imo diabolus ille, quasi ad servorum illorum Dei injuriam, aggressus est prædictam illam solito amplius vexare, diversis torquere modis, discerpere, conquassare, in terram elidere; item datis saltibus tollere sublimem, et de alto præcipitare, cum stridore dētium atque horrisono elatione; in tantum ut sanctus Pontifex, præ nimia pietate et compassione, non posset illam mortem illius peccataris jam videre ac tolerare: unde et præcepit eam foras ejici de templo, forisque insanire; dieens, i illam fore melius extra ecclesiam concurti, vitamque finire, quam ante sanctum altare; eo quod S. Willelmus nollet eam adjuvare, nec a dæmonie liberare.

B 8 At vero venerabilis Abbas Geraldus, humiliter contradicens, coepit sancto Episcopo persuadere dicens: Nolite, Pater, nolite quæso terbari: jam enim multos vidimus miserabiliter torqueri, et ad mortem laniari, postea vero per misericordiam Dei et per meritum B. Willelmi citius sanari. Non ergo expellatur, sed magis appropinquet ad tumulum amici Dei, et Deus miserebitur ei. His dictis Abbas venerabilis, sedato animo Pontificis, festinat, adjuvantibus sociis, dæmoniacam adducere ad sepulcrum sanctissimi Confessoris. Tum diabolus, intelligens se jam teneri et trahi, tanto pondere gressum seminæ fixit ac pressit, ut quasi truucus in radice immobilis permaneret. Abbas perditam illam tenebat et trahebat; dæmon eam retinebat, et retrahens attrebat; ille ad erectionem, iste ad perditionem. Denique quamvis multem renitens, multemque se trahens, cum tandem ante B. Willelmu perdetos suisset, non solem subito obmutavit, veram etiam nimium dissipato mulieris corpore stare nequivit. Porro ipsa post biduum sana et incolemis, gaudentibus qui secum venerant amicis, B. Fuleranni Fentificis pedes tenuit, et ab illo benedici devote postulavit. Pontifex annuit, illa votum vovit: sicutque cum benedictione Pontificali benedicta, ad Finis-terræ, unde venerat, remeavit. Si dicebatur Benedicta, Benedicta nominari promeroit.

C 9 Alia quoque furiosa, Gitbergis nomine, de valle quæ k Solhas dicitur (quæ quidem vallis Gellonensi Monasterio, ubi corpus B. Willelmi quietis, vicina habetur) per manus amicorum ad B. Willelmi sepulcrum addueta fuit: cuius dementia multas et varias in ecclesia voces cepit; Canes denique imitabatur latratu, leones fremitu, ursos rugitu, euenitis stridore dentium horrorem incutiebat. Quod Monachi B. Willelmi videntes, magno pietatis affectu ad ipsum se convertunt; communi prece depreantes, ut illi energamenæ subveniat, atque pro illa misera apud Deum preeces fondat. Quid plura? B. Willelmus pro illa intercedit, et illa statim B. Willelmi precibus et meritis plene ac perfecte sanata fuit. Porro illa Dei virtute cognita, atque tam mentis quam corporis salute adepta, postulat citius

absolvi a copula maritali, et ancillam fieri in domo D. B. Willelmi, ad honorem Dei et sub habitu sanctimoniali. Quod et factum est; et illa quādū vixit, humiliiter in ecclesia servivit, atque ab omni maligno spiritu sceara permansit.

ANNOTATA.

a *Hactenus egraphum a Grandeguamio transcriptum, cuius folium unum, nobis deperditum, suppletur porro ex Mabilione usque ad num. 4.*

b *Antiquis Arauraris, vulgo l'Eraut, dexteram ripam monasterio adserit, et infra Agatham Mediterraneo illabitur, pluribus rivis auctus.*

c *MS. Eixiense, Guillonense, veteri scilicet nomine ad nomen Guillelmi paulatim detorto.*

d *Hic nobis resumitur MS. Gellonensis egraphum posterius, cuius scriptor videtur priora miracula Crucis praetermississe, tamquam ad Sanctum minus propri spectantia: ipsum antem cum editione Mabilionis conferentes, deprehendimus Eixiense MS. multis locis esse contractus.*

e *Skilla campana minor est. MS. Eixien. Campanam habet, et paucis lineis rem totam absolvit, solum dicens quod eam B. Willelmus attulerat.*

f *Idem MS. A finibus terræ Provinciae, sed Provincia Galliae videtur intelligi, cuius extremum præmontorium Finis-Terræ nuncupatur, unde haec dæmonia adducta fuerit.*

g *Acta S. Feleranni illustravimus ad diem 13 Februarii: mortuus is est circa annum 1006. MS. Eixien. Fulerandus.*

h *Plantavitus in Appendice pag. 7, ex eoque Sammarthani, quorundam Abbatum Gellonensium nomina exhibent, quibus oddi deberet hic Geraldus.*

i *Hic evnisi foliis destituit nos Codex Gellonensis, et defectum supplet Eixiensis.*

k *Sallas in tabulis, leuis circiter 4 Gellone in Occasum tendit.*

CAPUT II.

Puer Rhodano mersus et liberatus. Injuriosi in Sanctum, ejusque homines et res, puniti.

V ir quidam debilis et Miles illustris cum uxore et filiis et sociis non pacem, veniebat ad tomulum B. Willelmi, obtentu devotionis et causa orationis; qui usque Rhodanam venientes, navim ingredioruntur, et dato naulo pertransire moluntur. Laborantibus vero omnibus in transeundo, et intentis singulis in remigando, casu contigit ut alter de filiis ejusdem Militis de prora caderet, ita ut nullus videret nemusque cognosceret. Amnis transmisso, cum jam exire littusque tenere coepissent, puer requiritur, sed minime reperitor: nee dubium quin in flumen cedererit; et, quia nusquam comparebat, quod absorptus perierit. Oriter luctus, dolor et temelns, fit planctus sine discretione, plorarer pro mortuo sine consolatione. Conatis autem amare flentibus, et resonante littore tam lacteosis vocibus; sola mater pueri stabat nec flebat, sed magna constantia animi et se confortans et alios, ita diebat: Non est mortuus filius meus, nec potest sentire vel credere animus meus; sed, ubiunque sit, cum illo est Deus et B. Willelmus: quem enim semper et nocte et die non cessavi eidem B. Willelmo commendare, et nōc ad hoc veniebam eumque adduebam, ut possem illum saneto Patri præsentare ante suum tumulum, et ante suum altare, et pro illo mea munera meque ipsam offerre et dare; scio et credo quod ille potest illum salvare, nec potest mors occpare

Puer in
Rhodanum
lapsus
F

Sanctoque
commenda-
tus,

A cupare, nec amnis eum necare. Hæc dicente matre, subito videtur procul puer ille, de aquis egressus, secus littus deambulare, redire ad alios, et jam appropinquare. Virtus Dei cognoscitur, B. Willelmus ab omnibus clamatur, fides matris collaudatur, moeror et luctus in gaudium convertitur. Idem puer interrogatus, quid sibi visum fuerit, quomodo in tanto periculo se babuerit, vel qualiter hanc mortem (quæ manifeste eum invasit) incoiunis evaserit; respondit: Sciatis vere, B. Willelmum Monachum, quando cecidi, adfuisse; et dum traheret a flumine, dexteram mihi dedisse; et manu sinistra ori meo ac naribus apposita, aquas ne me laederent prohibuisse. Puer recepto et gaudio duplicitate, pater et mater et qui cum eis erant, iter quod coepérant exultantes accelerant, pervenient ad monasterium, cum magna alacritate accedunt ante B. Willelmi præsentiam, cum summa humilitate Deo gratias agentes, suas lacrymas et sua gaudia pro filio referentes, et B. Willelmi merita sicut veri præcones denuntiantes a.

B 11 Cum multa sint et præclara in B. Willelmo per Dei gratiam Sanctorum dona virtutum, cumque manifestum sit non minimam contra malignos spiritus habere eum potestatem: hoc quidem jucundum videtur dignumque relatu, quod ipsi interdum dæmones, volentes illi quasi placere ac servire in gratiam, de inimicis ejus rerumque suarum perversoribus ultores se faciunt et exactores: unde breviter hæc pagina [aliquid] memorandum suscepit. Vir quidam nobilis ac præcellentis gentis, nomine b Rennaudus, volens thesaurizare in cœlis, et cupiens B. Willelmum specialem sibi facere Patronum, dederat ei quoddam prædium, ad commune stipendium Fratrum in Gellonensi monasterio Deo famulantium; ingens scilicet ac competens territorium, Malabucceria nuncupatum, cum omni familia, quæ ad eamdem pertinere videbatur possessionem. Hoc ergo prædium post aliquantum temporis quidam c Abolenus..... de ordine Militari, nimium tumidus præpotentia seculari, nimiumque vicinus huic possessioni. cœpit inquietare, opprimere atque depopulari, ac suæ violenter subjugare ditioni, nec Deum timens, nec hominem curans, neque reverentiam exhibens meritis B. Willelmi: omnibus enim modis hominibus illius territorii erat intolerabilis, rapinis insolitis et exactionibus indebitis, commissationibus importunitis, violentiis multis, occisionibus injustis. At miseri illi, qui hæc patiebantur, quisque sine remedio a tyranno opprimebantur, cum jam vivere nequirent, mortem sibi imprecabantur. Placuit itaque Clementiæ divinæ, huic morti finem dare, B. Willelmi merita glorificare, ejusque familiam clamantem ad se quotidie, ab illo tyranno quasi altero Pharaone recipere et salvare. Unde factum est, ut malefactor ille, quadam Dominica die surret valde mane, et ascenso equo ad prædictum pergeret vicum, facturus violentiam et rapinam ex more solito: sed divina dispositione nemine invento, neque viro neque muliere, quem posset interrogare (omnes enim ad ecclesiam iverant Catholica religione divinum ministerium audire) ira nimia succensus nimisque furore, cœpit præ indignatione quasi totus ardere, et igne apposito cœpit villam succendere atque cremare, portas domorum frangere, cuncta exterminare,

C 12 At vero divina ultiō non longe absuit: nam statim eadem hora malignus spiritus illum vexavit; sensum perdidit, intellectum amisit: equus quo advenerat ad domum propriam reportare eum nequit, sed ad ecclesiam B. Mauritii d (ubi conveauerant homines illi et multi alii causa divini officii audiendi) illum dementem perduxit, ibique de cella

D in terram turpiter depositus, et vehementer elisit. Ille autem non suo sensu, sed diabolico impulsu ecclesiam ingressus, cœpit coram omnibus murabiliter furere, carnem suam mordere, manus suas et lacertos rödere et laniare; alios quoque dentibus ac si canis appetere et morsibus lacerare, totamque ecclesiam commovere ac turbare. Cognoverunt omnes divinum judicium, intelligunt B. Willelmi patrocinium et defensionis auxilium: corripunt furiosum, alligant correptum, et ita vinctum tenent intra oratorium, donec rite perficitur sacrum mysterium. O quam justus es, Domine! quam justum et verum et sanctum judicium tuum! Qui homines S. Willelmi ligare consueverat, modo ligatus teneatur: qui ejus possessionem disperdere venerat, modo sensu perditus et ipse totus a satana possidetur: quique in tam sancta die Dominica ecclesiæ se subtraxerat, tunc in ecclesia catenatus debacchatus, auditque attonitus et insensatis auribus quod in eo celebratur. Accedunt interim amici, parentes, milites sui et propinquai; agnoscunt et ipsi iudicium Dei causamque delicti, videlicet invasionem et oppressionem hominum et rerum B. Willelmi. Ergo vincit manibus et astrictum loris perducunt eum ad tumulum beatissimi Confessoris: præsentatoque eo ante altare Domini Salvatoris, prostrantur in terram omnes cum lacrymis, postulantes veniam pro delictis illius miseri peccatoris: promittunt etiam eum maximis juramentis, affirmant cum obsidibus in manu Abbatis tum in loco præsidentis, quidquid ille commiserat contra B. Willelmum et suos, se emendaturos, et reddituros ablata, et de omnibus satisfacturos. Factum est igitur, mox ut ipse Abbas sponsonem suscepit, Miles illico mentem sanam et sensum integrum cum salute suscepit: demon, qui ad ultiō faciendam non jussus accessit, facta ultiō jussus recessit: et vir ille qui salvatus est, quamdiu supervixit, in fidelitate et servitio S. Willelini permanxit.

E 13 Per id fere temporis alias quidam ex ordine militiæ seculari, dictus Theutranus de Salsis, graviter opprimebat et devastabat quoddam prædium B. Willelmi, multa ingerens mala frequentibus detrahentibus. Erat vero vir ille secundum seculi poinpam Miles strenuus et illustris: sed tamen illam suam militiam major malitia turpisque avaritia ignobilem reddebat et infame: rerum quippe prodignis suarum, et alieni cupidus totusque inani deditus jactantiæ, non nisi prædis vivere poterat et rapinis. Igitur fisum Regium, Castra-pastura dictum, male sibi vicinum nimisque contiguum, quod olim Rex Ludovicus Gellonensi monasterio contulerat, cuique immunitatet et tuitionem sub regali præcepto magna auctoritate firmaverat; Miles ille ad omnem confusionem et exterminium deducebat, comedebat, bibebat, rodebat, et medullitus absorbebat. Homines fessi illius invocabant Deum, et tyrannus non curabat: clamabant S. Guillelmum, ille parvi pendebat. Infelices autem illi tristes et irati, et quasi jam desperati, eo quod S. Willelmus eos non exauilret, murmurabant, dicentes: Quoniam ipse dormiret, qui solitam non faceret vindictam, nec citius subveniret. Verumtamen B. Willelmus, tamquam excitatus a somno, subito fecit vindictam et ex improviso. Cum enim quadam die Theutranus ille ad vicum illum perrexisset, et ingenti præda ex consuetudine facta, boves inde plurimos abduxisset, cumque dominum ac si victor cum triumpho rediisset; unum de bobus illis jubet statim jugulari, sibique et suis prandium magnum parari: convivioque parato, primus discubuit et primus cœpit epulari. Et ecce judicium Dei, et virtus et meritum B. Willelmi: namque prima bucella,

quæ

vivus reditum suis.

EX MSS.
in ecclesia
furit,et vincitur
catenis:promissaque
restitutiore
sanatur.

E

Impius rap-
tor possessio-
nem mona-
sterii,

ipso in scelere

a diabolo
obsessus,Alius ex
bove rapto
comesturus,buccella
gutti in-
harente
castigatur,

F

EX MSS.

*et promissa
restitutione
liberotur a
morte.*

A quam de illa præda et de illa rapina in os suum carnis ex ille immisit, ita faucibus adhæsit, et hiatum gutturi interclusit, ut neque per os transire, neque de ore posset exire, neque illam rejecere nec valeret deglutire. Fit stupor in convivio, surgunt omnes de prandio, lugentes pro Domino, mirantes pro miraculo: medici adducuntur, medicinae apponuntur, sed frustra fiunt omnia, quia nihil operantur: stant ei ex omni parte, sed nec manu, nec arte, neque ulla carmine, neque medicamine possunt ei prodesse.

¶ Tandem virtus divina recognoscitur, et manifeste ab omnibus conclamat, quia S. Willelmus in ore suo operatur: nihil ei posse valere, nisi ille propitius et citius misereatur. Igitur amici et parentes, famuli et clientes, moram non sustinentes, et de Dei misericordia et B. Willelmi pietate confidentes, in morte laborantem equo uteunque imponnunt; et eum ad tumulum B. Willelmi adducentes, ejus veniam postulant et indulgentiam querunt: spondent omnes coram Deo, et elevatis in cœlum manibus jurant et firmant pro eo, quod si sanctus Dei dignetur ei parcere, et ab hac præsenti morte saltem hac vice eum eripere; ipse, in quantum poterit quantumque facultas ei erit, emendaret illi quid-

B quid in eum deliquit ad arbitrium Abbatis, reddens quod male abstulit, restituens quod rapuit. Qui vero adductus fuerat, quia per se rogare vel perorare nihil poterat (nam buccella illa, quam de rapto assumpserat, et glutinata gutturi et quasi viscata adhæcerat) id quod per alios promittebat, quia lingua nequibat, manu annuebat, et signum faciens Monachum se velle fieri innuebat. Stabat interea ut reus, in afflictione et in omni mentis et corporis contritione, coram Deo Salvatore et sancto ac glorioso Confessore, ante venerabilem Crucem et sacro-sanctum altare, flexis genibus, nudis pedibus, virgas suas manu tenens, non sine e forcepibus. Quis loquetur potentias Domini, quis auditum faciet meritum B. Willelmi? In eadem hora, in qua hæc promissio firmatur, buccella ex ore habitur, et qui jam moriebatur jam vivit et liberatur. Manifestumque fuit, quia qui eum percussit, ipse et ei indulxit; qui vulneravit, ipse etiam sanavit. Igitur Theutranus ille, cognita Dei virtute, et per B. Willelmum eruptus a morte, receptaque salute, cum summa devotione scque suaque tradidit pro emendatione.

ANNOTATA.

C a Hic desinit textus Codicis prædicti apud Mabilionem, sed extremo huic illius miraculo; præmittuntur mutato ordine ea quæ in Gellonensi sequuntur de Abolero et Theutranno.

b Deest nomen MS. Eiriensi.

c Et hoc in Gellonensi extritum inde suppletur.

d Vetus S. Mauritii vix duabus leucis Boream versus abest Gellone, et huic adjucens in tabulis Madières (forte Mabuires scribendum) posset Mala-Buceria credi.

e Ad crines scilicet ex voto rescindendos.

HYMNUS

Ex MS. Bodecensi erutus a Joanne Gamans S. J.

Nunc nunc mirifica luce coruscat,
Cinctus luminibus sede polorum,
Willelmus gratulans, cernere Christum
Ambit, secula qui cuncta gubernat.
Cui nunc pro meritis janua cœli
Magnis jam patuit. Clamat herilis
Ex alto tuba militis; Intra.

Ut sunt astriferis sedibus ampla,
Sic terris merita; dante superno
Willelmi precibus judice Christo.
Ad cuius tumulum sospite turba
Diutius ægris languor abit nunc.
Quapropter, Socii, cordeque oreque
Promannus Domino voce sonora
Odas innumeratas, tempus in omne;
Cui sit hymnus, honor, gloria perpes. Amen.

ORATIO. Unde nunc pia subjungimus oramina,
et petimus eum sexenta eumptum per certa, hostis
populatum castra, gloria numeratum æterna, cuius
hodie anima commemoratione nobis est festiva, ut in-
ploret ora pro nobis divina: et sicut suorum comi-
tum ad Regem mortalem intercessor erat antea, sic
Christum Regem, Dominum, immortalem euacti-
potentem deprecetur nostra laxare crimina. Hinc
igitur poscimus te, Christe, quem fideliter expecta-
mus, venturum in gloria Patris et sanctorum An-
gelorum, ut expertes suppliciorum facias nos æter-
norma, intercedentibus dilecti tui Willelmi meritis,
qui sine defectione temporum, cum Patre et Spiritu
saneto vivis et regnas, per omnia secula seculorum. E
Amen.

D

HISTORIA

Elevati translaticque corporis.

ex relatione Gallica MS.

C Collocatus fuerat S. Guilielmus, uno altero fortassis post mortem et primam sepulturam seculo, in marmorea tumba affabre laborata (que etiamnum monstratur) post maius altare in ecclesia monasterii: unde quando et a quo elevatum sit corpus, legere est in plumbea lamina, postmodum simul cum ipsis sanctis Reliquiis inventa, et his verbis insculpta. Anno ab Incarnatione Domini MCXXXVIII, tertio Kâlendas Martii, feria secunda, levatum est corpus beatissimi Confessoris Christi Guilhelmi, et reconditum in Nonas ejusdem mensis, per manus Domini Ugonis Albiensis Episcopi, et Raimundi Gellonensis Abbatis, et Raimundi Nantensis Abbatis, temporibus Innocentii Papæ II, et Arnaldi Archiepiscopi Narboneensis, et Petri Lutevensis Episcopi, Francorum Rege Ludovico. Hactenus Lamina, Ludovicum VII, S. Ludovici proavum, nobis signans; et annum, ex stylo Francorum veteri, eum notans, quem nunc MCXXXIX numeraremus, quando littera Dominicalis A componebat eum Feria ii hebdomadæ, diem xxvii Februarii.

2 Reposuerunt autem prænominati Antistites sa-
crum istud pignus, una cum ipsa lamina, intra cap-
sam plumbream, alia lignea exterius convestitam,
eamque abdentes sub terra, desuper construi fecerunt
et consecraverunt parvum altare, ad cornu Epistolæ
altaris majoris, in honorem ipsius S. Guilielmi:
cujus tabula tota est ex Lydio (ut vocant Latini) cen-
nigro marmore, quali ad aurum explorandum uti-
mur, unde et nomen vulgo traxit, sustentantibus
ipsam utrumque candidi marmoris eleganter celatis
tabulis duabus: que nunc in frontem altaris ma-
joris translatae similiter eamdem tabulam nigram
huc transpositam sustinere videntur. His autem tunc
ita compositis, ut sacri corporis indicium nullum ap-
pareret supra terram; altare quidem istud minus
S. Guilielmi nomen retinuit, sed reconditum sub eo
thesaurum oblivio ex hominum memoria tam longe
removit, ut ejus nihil superesse crederetur, preter
modicum illud quod continebatur marmorea urnula,
sub altariolo prædicto composita (intra quam
congesti

Sacra ossa an:
1139, 27 Febr.
translata,

et abdita sub
altariolo pro-
priis

cum jam e me-
moria exces-
sissent

A congesti fuerant cineres et minutiora ossa, tempore prænotatae elevationis) et præter os unum brachii dexter, quod Hunerum appellant, quodque argenteo brachio affibre facto inclusum usque hodie monstratur; miraculose ut sie dicam servatum a diabolica rabie Calvinistarum, qui avorum nostrorum memoria sacra omnia per Aquitaniam contaminarunt ac dissiparunt. Ille enim etiam vera esse S. Guilielmi ossa constitit experti unius medici duorumque chirurgorum testimonio, qui anno MDCXXX mense Mayo declararunt, in novam capsam translata esse omnia reperti sancti corporis ossa, præter hunerum jam dictum. Modus autem felicis istius inventionis hic fuit.

3 Cum R. P. D. Gabriel le Comte, ex Capituli Generali delectu missus esset Prior et Officialis hujus Abbatiae, quæ Apostolice Sedis immediate subjecta, in omnem circa vallem jurisdictionem pene Episcopalem obtinet; exiguo post suum adventum tempore periculosa correptus fuit infirmitate, usque ad desperationem medicorum. Huc se reductum ipsem sentiens, sancto Patrono ac Fundatori monasterii nostri Guilielmo votum nuncupavit, quod si intercessione illius plenam recuperaret sanitatem, omni sollicitudinis studio satageret honorem ejus promovere, praesertim in reparanda et exornanda ecclesia, ejusmodi curæ perquam indiga. Nec mora levari morbus cœpit et periculo eruptum judicavit medicus. subitam mutationem admirans, quam sue artis præcepta vix intra longius spatiū promittebant: pance autem transactis diebus sanus omnino apparuit.

4 Ergo intentus complendo quo se obstrinxerat voto, instanter petit a Superioribus et obtinuit facultatem, definiendi necessaria quæque ad restaurationem ecclesiæ ac monasterii: inter quæ præ multis opportuna visa est translatio majoris altaris, quod longius a pariete amolum erat, eoque obseuram reddebat ecclesiam, et Presbyterium minus idoneum ad solennia majorum festivitatum officia. Hoc consilio sumpto, velut imprimiti utili, non solum ipsum altare majus destruendum fuit, sed etiam minuseulum illud, de quo supra diximus, eidem collaterale: ut ex duobus unum conficeretur, quod parieti ecclesiæ proprius adhæreret. Instabant operi tali fabri, cum die v. Septembris anni MDCLXXIX, sub minori illo altari deprehenderunt lapidem veluti sepulcrale, tres ac dimidium palmos longum, impositum capsæ plumbeæ, quam alia lignea capsæ circumdabat; et hanc pene jam consumperat caries, sed ne fatisceret continebant lamellæ quædam ferreæ, liliofloribus impressis ornatæ.

5 Ad rei inexpectatæ nuntium accurrit Prior cum Conventu universo, Vicariisque SS. Bartholomæi et Laurentii ab hoc monasterio dependentibus, aliisque principalioribus loci ipsius personis, quorum omnium chirographo signatum fuit Processus verbalis instrumentum desuper rogatum. Cumque necessarium judicaretur extrahere e ruderibus capsas illas, earumque fundum, non solum qua parte lignæ, sed etiam qua plumbum ac ferreum erat jam fere in cinereum redactum, ab junctumque a lateribus suisideret; remansit intra parvum istud sepulcrum magnus numerus ossium, cum lamella plumbea quadrata, ejus unumquodque latus tres palmi quadrantes implere videbatur, antiquis characteribus exarata et antiquitatis monumentum in-

signe, fidem faciens translationis factæ anno MDCXVIII. Hac perfecta, cum jam constaret omnibus, istud esse corpus S. Guilielmi; prædictus R. P. Prior, magna cum reverentia, collegit sacra ossa omnia, eaque reposuit intra novam capsam ligneam; materia quidem simplicem, exterius tamen interius que circumvestitam serico panno, eum eo articulo temporis pretiosius nihil haberetur ad manum. Ea capsæ continua delata est ad gazophylacium ecclesiæ, doabus minuitum elavibus, ubi tota supplex argentea et aliæ plures sacrae Reliquæ asservantur: inter quæ alia, particula veræ Crucis a Carolo Magno donata S. Guilielmo, cum ei ae mundo valediceret; et indussum unum, quod fuisse B. Mariae Virginis vetus traditio memorat

6 Hoc autem dignum imprimis consideratione visum est, quod sacra illa ossa, post annos plus quam nongentes suavem spirarent odorem; nec quidquam violata essent ab aquis proximi torrentis, qui stepe haec loca inundans, etiam illuc debuit penetrasse: cum medici dicant, mortuorum ossa intra stagnantem aquam cito frarecessere et computrescente. Placuit insuper divinae majestati Sanctum summiraculis honorare, ad eorum preces qui ipsius suffragia quotidie implorant, suis malis querentes remedium; ex quibus pauca referre sat fuerit.

7 Mulier quædam hujus loci, febribus remittentibus die conflictata, post sacri Corporis inventiōnem duci se ad ecclesiam fecit; ipsoque in accessu paroxysmi febrilis colloccari intrafossam, unde crux Reliquæ fuerant; atque inde plene sanita exivit. Similiter curata fuit alia, fistulam patiens, quam lacrymantem appellavit, quæque magnos ipsi pariebat dolores. Honestus etiam civis ejusdem loci, cui male affecti pridem genoa gradiendi consistendique negabant facultatem, non sine cruciatu; mox ut illa ibidem flexit, expeditum se sensit, omnique imbecillitate ac dolore liberum. Alii autem plurimi adveniunt quotidianè, et impetratarum gratiarum memoriam reliquunt; vel sanitatem postulantes bibunt aquam, cui admixtum est nonnihil pulveris e sepulcro sumpti, qui eisdem donatur, sequentur plurimum optime sanitatis effectu, ad laudem Dei et gloriam nostri sancti Fundatoris.

8 Porro ad diem xx Maji anno MDCLXXX, prædictus R. P. Prior et Officialis, decorem domus Dei eodem quo cœperat zelo procurans; postquam fabricandam curasset capsam elegantius elaboratam, in qua sculptoris ars nullum prætermiserat ornatum, F et cœruleo colori interlitum aurum gratum oculis præbebat spectaculum, eamdemque nihilominus serico convestisset interius; in ipsam transtulit ossa saera, usque dum argenteam capsam comparasset thesauro tanto asservando. Et huic translationi interfuerunt, præter Conventum Monachorum, D. Gaspar Ranchin, Vicarius D. Episcopi Montis-pessulani; D. Fulcrandus Audeberti, Canonicus et Promotor ejusdem Domini Episcopi; D. Joannes Audeberti, ejus frater ac civis Montis-pessulani; aliisque spectabiles personæ complures, subscripti Proeessui verbali super istis confecto. *Hoc tenus re-lotio, R. P. Petro Possiao Tolosam missa anno MDCLXXXII die xiii Februarii: cui ultimum cito liceat adjungere novæ Translationis historiam, quando prædicta argentea capsæ confecta fuerit, in quam curandum tunc totis viribus Prior incumbeat.*

*EX MS. GALLOCO
componit in-
tra allam no-
ram,*

*prosorsus inte-
gra et suave
olentia,*

E

*non sine mi-
raculis subse-
cutu,*

*ac rursum
anno 1680, 20
Maji in capsam
ornatorem,*

*donec alia ita
argentea tota.*

*missus
illuc an. 1679
Prior et ex
voto sanatus,*

*in demoti-
tione ipsius
altarioli,*

*feliciter inven-
nit & Septem-
bris,*

*exemptaque
ex consumptis
jam fere cap-
sis,*